Ipsi lapsi mali angeli & lucifer hanc versabantur regnabantque baarez in terris, baiiamim temporibus hanc istis) vgam quin etiam achare post ken ea aser quam jabou coirent bne clerici haalohim Dei el cum bnot filiabus haadam laicorum vulgi & mundanorum, valedu frequentes liberos ex illis suscipiebant lahem sibi; hemma hinc orti sunt haggibborim primi Cabirai, aser ita ut meolam jam olim vel ante diluvium fuerint anse religiosi hassam ejus nominis. 5. Vaiiar Cum ergo observaret Ihova Iova ki quod rabba augesceret raat pravitas & malitia haadam generis humani baarez in terris; vecol precipue quod omne iezer sigmentum machsbot cogitationum libbo animi eius raq magis magisque; ra depravaretur col in singulos hajjom dies. 6. Vaiinnaxem ergo poenitere coepit Ihova Iovam ki quod asa fecerat et ipsum haadam genus humanum baarez in terris: vaiiitaq; ebangebaturque el apud libbo animum suum. 7. Vaiiomer ergo decreto imperabat (a) sibi Ihova Iova, emche cogor delere et ipsum haadam genus humanum aser quod barati creavi meal de super- fne ficie haadama terrarum meadam incipiendo a genere humano ad includendoque bhema quadrupeda jumenta ad inclusive ad remes pecora vead itemque inclusive ad of aves hassamaiim caeli, ki quia nichamti poenitet me ki quod asitum fecerim eos sc. homines. 8. Vnocha at solus Noa maza metebat obtinebatque chen
gra-

(a) pro : decreto imperabat sibi, lege; dolenter asseverabat.

gratiam & favorem beene coram oculis Iho-
 vae. 9 Elle sequitur toledot specialior historia
 Nocha de Noâ. Nocha Noa is erat heros zad-
 diq justus piusque, tamim integer vite sce-
 risque purus haia extabat bdorotav omni suo
 avo : et juxta haælohim Dei voluntatem
 hithallêc continuo patienterque versabatur
 Noxa Noa. 10. Vajjoled licet genuerat No-
 xa Noa flosa tres banim filios, et ipsum Sem
 Semum, et ipsum cham Chamum Ammonem,
 veet ipsumque Iafet Iafetum Iovem. 11. Vat-
 tissachet perditissimorum autem erant morum
 haare? incole terrarum lifne iudicio ha-
 ælohîm Dei : vattimmale ita repleta erant
 haare? terra incolæ xamas vi & violentia aper-
 ta omni. 12. Vajjar Ergo quo frequentius de-
 spiceret ælohim Deus et in haare? terras, vhin-
 ne ecce tanto magis nischata perditî erant mores
 incolarum, ki ita hischit prorsus corrumpibat col-
 omnis basar status & conditio humana et ipsos
 darco mores suos al in haare? his terris. 13.
 Vajjomer alloquebatur ergo ælohim Deus Iho-
 cha Noam, qe? interitus & exitium cõl omnis
 basar status ordinis etatis hominum ba iam instat
 lfanai meo iudicio, ki quia malecã repleti sunt
 haare? incole terrarum chamas aperta vis & vio-
 lentia studio exercitioque missnehem tot tantisque
 mali autoribus. 14. Vhinni Ergo ecce me maschi-
 tam coactum perdere eos et cum ipsis haare? fun-
 dis culti. Ase facito lca tibi rebat arcam azè ex
 lignis goser cypressinis qinnim in contignationes
 taale disponito et ipsam hatteba eam arcam, yca-
 fatta

farta picatoque otahi eam mibbajit intus vumie-
 ehuz & extus baccofer pice. 15. Vse isto autem
 aser modo & mensura taase facito otahi eam,
 flos tre- meot centorum amma cubitorum orec
 longitudo hatteba esto arce, chamissim quinqu-
 ginta amma cubitorum rochbahi latitudo ejus
 esto vuslohim & triginta amma cubitorum qoma-
 tahi altitudo eius esto. 16. Johar fenestram taase
 facito latteba arce veel & exclusivè ad amma
 cubitum tcallenna includito eam milimala in summo,
 vufetach portas item hatteba arce bziddahi in
 latere eius tasim ponito, tachtijim infimas snijim
 medias, vuslissim & in tertiâ contignatione supre-
 mas taase facito eas. 17. Vaani quantum autem
 ad me hinni sane ego proxime mebi immittam
 et ipsas hammabbul diluvii majim aquas al in
 haare? terras lsachet animo perdendi col omne
 genus basar carnis in sicco degentis, aser cuicunque
 bo inest rucha anima chajjim viva mittachat sub
 hasamajim toto cælo, col omne aser quicquid
 baare? in sicco degit tiqua presocator. 18. Vaha-
 qimoti at confirmo et ipsum briti fœdus gratiæ
 meum ittac tecum vubata scilicet permitto te in-
 trare el in hatteba eam arcam, attâ te inquam
 vubanêca & filios tuos, veistca uxoremque tuam
 vunele uxoresque baneca filiorum tuorum ittac
 tecum. 19. Vumiccol Ergo ex omni basar terrestri
 vivo miccol ex omni genere basar carnis snajim
 bina miccol singularum specierum tabi introducito
 el in hatteba eam arcam lehachajot ad vitam
 eorum conservandam ittac tecum, facar mas
 vunegeba & femella jihu sunt. 20. Mehaof
 de

de auihus item lminehu varii generis vumin
itemque de habbhema quadrupedibus feris belluis
iumentisq; lminahi varii generis & speciei miccol
de ullo rémes minore pecore haadama camporum
lminehu variigeneris, lnajim par quodque miccol
universi iabou meo instinctu (a) tuaque ope ve-
niunto eleca ad te lhachaiot (b) ad eorum vita
conservationem. 21. Veatta tu ergo qach com-
portari jube lca tibi miccol omnifariam maacal
cibum aser qui ieaket edi solet & est esui vea-
sasta reponitoque eleca penes te in penu tuo,
vhaia ut suppetat lca tibi vlahem eisque omnibus
leocla esca. 22. Valiaas Faciebat ergò Nocha
Noa ccol prorsus omne aser. quicquid zivva
praeceperat oto sibi ælohim Deus, ken ita iuxta
eum canonem asa faciebat. Summa vocum 305.
litterarum 1107.

CENSORI BENEVOLO

Salutem Plurimam.

PRout præterito anno 1664. cum ferè Biblia
Ebræa tota publicè in hâc florentissima
Academiâ absolvissimus, versabamur enim in
Prophetis minoribus, capitis 4. Geneseos novam
ad verbum versionem cum notis rationem
eius reddentibus edidî, & approbationes non
modo virorum in Ecclesiâ magnorum sed &
Academiarum retuli, ita nunc sex priorum
Geneseos versionem ad verbum edo pro
c 4 juven-

(a) deleatur : tuaque ope.
(b) pro, eorum, lege : sue.

juventute & tyronibus; Notas autem non addo, cum eruditi satis sciant, ex quibus causis fundamentisque singula sic veram, possintque iudicare; tyrones autem eam suo bono discere cupiant; scioli neutrum, nec iudicare docti & discere nescii; nisi quod paucorum locorum causam subiungam. Et sane fateor, *Pererium* à me lectum me instigasse ad edendam versionem eius 4. capitis, hisce suis A. ætatis LIII. Christi 1589. Romæ editi commentarii ad ingressum 23. & 24. Versuum verbis. Tam obscurus & perplexus est hic locus, ut in eo interpretando 12. & 13. librum commentariorum suorum in Genesin (teste *Hieronymo* in ep. ad *Damasum* scriptâ) consumpserit. *Origenes*. Quin putat *Catharinus*, esse prorsus inexplicabilem hunc locum, nec mortalium quenquam humanâ ratione & investigatione verum & proprium eius intellectum assequi posse. Sanè obscuritatem eius satis declarat ingens Doctorum in eo explanando interpretationum & sententiarum varietas atque dissensio. Nimirum hic venit usu, quod in rebus maxime dubiis & incertis evenire solet: ut qui eas tractant, quod nihil habeant explorati & certi quod sequantur (*At ego clarissimam Ebræi textus lucem divinam habebam*) variis ducti coniecturis in diversas admodum & contrarias opiniones distrahantur. Quo maiori studio & diligentia, ad huius loci explicationem incumbendum est, ut quod videtur similis vero, & cum verborum *Mosis* sententiâ congruentius, id lectori aperte

ac

ac breviter indicetur. Sic ille Iesuita. Id quod ego in versione meâ spero esse affectus, præsertim cum & alii id mihi concedant. Cumque iam initio huius novi anni 1665. inceperim de integro Biblia publice explicare, & iam XVI Febr. absolverim Genesin, id curo & laboro, ut quod optimi fuit consilii ARIÆ MONTANI, ad verbum versionem elaborare & prodere, idem sequar in gratiam inventutis & tyronum, non autem eruditorum & doctorum, qui eiusmodi adminiculis opus non habent: conor scilicet in publicum promovere hac quæ in octavo dicitur formâ, textum Ebræum literis latinis, prout in Oriente pronunciant, & apud nos pronunciare debent expressum (a), versioneque latinâ singulis vocibus subiuncta. Ante centum nunc fere annos tempore Montani fuit peccatum: quod totum Vetus Testamentum in folio daretur, aut in 8. anno 1613. pluribus voluminibus: cum ego cupiam id uno volumine (b) dari. 2. Quod Ebraïsmos putarit, qui non sunt. Et qui sunt, ex incertis aut falsis principiis in latinum cum iacturâ sensus putarit convertendos: cum in nullâ aliâ linguâ veri Ebraïsmi intelligi queant. 3. Præterea multi eruditi viri frequentissimè queruntur, Eum sæpissime Pagnini versionem temere loco movisse, & pro bonis Pagnini prava ineptaque

c 5

sub-

(a) adde: *nisi quod ut plurimum obstiterit Typo. gr. defectus.*

(b) adde: *portatili.*

substituiffe. 4. Quodque voces habeat quidem latinas, at non phrasés latinas, illasque dare sine mente sonum, cum non nudæ voces latinæ, sed phrasés præcipuè dent mentem, 5. Quodque ad eorum quæ mutavit exemplum singulas voces reliquas siverit immutatas, cum eodem eius iure permutari debuerint, 6. Et cum etiam iis quas intactas reliquit, mentem reliquerit, quas autem mutavit, mentem demerit, nec quas tetigit, tangendas ei fuisse. Retinemus ergo quidem eius scopum & propositum utilissimum, sed verba Ebræa totidem latinis nequaquam compensamus, quod nec ille tantus vir facere potuit, & in nulla fieri versione debet, aut requiri: sed phrasés latinas observo. Tropos autem in Ebræo textu frequentissimos, plurimis vocibus latinis phrasique latinâ expleo, quod semper boni interpretis muneris (a) esse iudicavi. Quod si enim Orientales tropos in latinâ linguâ retineo, nec expleo, cui bono me interpretem promitto? quare in latino legetur, quod non intelligetur, cui opus sit commentario, quem qui non habeat, destitutus sit à sensu. Et ut in phraseologicis libris latinis, e. g. Aldi Manutii, singulæ voces latinæ binis, ternis, quaternis, denisve sine fraude aut cum iniuriâ redduntur ad claritatem lucemque sensus, cum vix ulla vox accedat, quæ non pro se sensum lucidiorem reddat, quem omnes capiunt: cur id in versione absque commentariis intelligendâ

(a) deleatur: *muneris*.

non liceat tyroni non video. An aliquid insertum dici potest? minimè: an si una Ebræa ad duas, distinctas imò & tres antecedentes consequentesq; voces Ebræas respiciat, sensu diversissimas, cum ea sit ita diues notionum, ut ternis sua amplitudine respondeat in textu, an unica tantum est explicanda latina, sine respectu ad duas alias voces Ebræas? annon sic textum hiulce explico? An propterea paraphrasis vocanda, quod aliquid insertum, quod phrasis Ebræa innuit? Quare Cl. Piscator tot Tremellii Juniique falsa supplementa iure meritoque elidit, quam quod extent ea supplementa in phrasi, et pro supplementis habere non debeant. Instinguit ergo me ad huiusmodi laborem Dei gratia & gloria, instinguit me meum officii debitum, iuventutis in studio Ebræo promotio, tyronum etiam juvenum vota; faciliior ratio impensarum, pronior ad Biblia perdiscenda voluntas difficultate legendi sublata, & portatilis forma. Et quando magnates in his studiis pro Bibliothecis & Professoribus exasciata opera ingentia procidunt, ego ubi parvulum hunc librum promouero, aliquid contulisse ad Dei gloriam mihi videbor. Sed et tamen beati mei parentis IOHANNIS RAVII Ecclesiastæ carmen Berolini Cal. Januariis A. D. 1613. *avriæ* *vel* loco, cum à Fr. Divitio Amico suo Bibliis Ariæ Montani donabatur, editum, pro tyronibus interlinearem quasi hanc versionem edere quotidie velut accinendo instinguit.

Vt

Vt facer Amramides summo tentoria Ihovæ
 Condidit ad nutum propositumque Dei ,
 Quisque manu larga sua dona tulere **VOLEN-**
TES ,

Certatimque alios vincere , cura fuit.
 Hic auri pondus , vasa ille argentea , vestem
 Purpuream , cocci vermiculumque parant.
 Sardonichas , smaragdos , & suave rubentem
 hyacinthum .

Thus oleumque & quæ longa referre mo-
 ra est,

Ast alii hædorumque pilos , rubræque capellæ
 Vellera , tum cariei nescia ligna ferunt.
 Omnibus idem animus Sancto servire Jehovæ ,
 Et qua quisque potest arte placere , placet.
 Non fecus hic , modo ne rari , sua munera ten-
 tant,

Ut Domino cupiant ædificare domum.
 Quisque suum facimus ; docet hic , juvat ille
 docentem ,

Et qua quisque valet parte juvare , juvat.
 Tu quoque **DIVITI** , rem sacram parte virili
 Adjutum is ultro munere , corde , fide.
 Codice me donas Ebræo sponte volensque ,
 Unde Dei verbum , me meditante , sonet ,
 Gratia sit, Francisce, tibi, sit gratia cunctis
 Quorum idem est animus , quorum eadem-
 que fides.

O mea posteritas , si qua est modò foris futura ,
 Francisci nunquam dememinisse velis !
 Nocturna versato manu , versato diurna
 Biblia , ut inde Dei nomen ad astra feras.

Ad

Ad pauca quædam loca dicenda nonnulla sunt, Cap. 1. 1. *Brefit*. Est h. l. adverbium *ordinis* non nomen: per accidens, & hoc duntaxat loco, aut ubi de prima cœli terræque molitione & fabricatura sermo est, ut hic, notat etiam principium *temporis*. Redditurque *vel unica voce*, *Principio*, extante in sola versione *Castellionis*, multis autem aliorum scholiis, e. g. Tremellio junii A. 1574. & 1580. *Sensus est*, Deus principio *facturus cœlum et terram*. Piscatoris. Principio, *cum Deus inciperet condere mundum*, Vel redditur *duabus*, *in principio*; *primo omnium ante omnia*, quæ etiam sunt *ordinis*. Piscator ternas (a) habet frases præfatione ad Gen. §. 3. ac *primo omnium*, ubi ita: *Planum est enim ex toto illo capite, Moſen ſibi propoſuiſſe ordine narrare hiſtoriam creationis mundi, itaque ante omnia narrat, quid Deus creaverit in principio ſeu omnium primò*. Vel redditur *tribus* vocibus, *inde ab inttio*, *ab ipſo primordio*, *ſtatim à principio*, vel redditur *quatuor* vocibus, *iam inde ab initio*, pluribusque aliis. Nec tamen erit paraſiſ, licet *una Ebræa* quatuor quinque imò vel denis latinis uni Synonymis exprimat, dum id fiat ad luculentiorẽ ſenſum. Barbariſmi autem jure proſiſcuntur ex verſione: & gratias acturus ſum, qui nãvos eiꝰſmodi ex meã tollit, vel ut ipſe tollam, amicẽ monet,

Cap. 1. 1. *Bara* adjuncti ellipſis per interpretẽ expleri debet in verſione *ex nihilo creare*,
ut

(a) adde; *bas*

ut statim tyro ex nuda versione intelligere queat quæ sint vera loca parallela, quæ falsa. Nam & *nihilò creare*, & *ex materia præexistente quidem*, *inhabili tamen*, *creare*, non sunt parallela: & hoc modo distinctæ significationes unius vocis in ipsa versione distinctum tyronis conceptum reddunt, eumque erudiunt, qui ex hætenus extantibus versionibus manet rudis & confusus. Cap. 1. 1. *elohim*. Cum Theologi imposterum ex accuratiori versione distinctarum significationum diligentius quam hætenus à me aliis vel observatarum in gravissima ista quæstione de pluralitate divinarum in unâ essentia personarum multo plura clarissima loca habituri sint, quam hætenus, quare non in frontispicio Bibliorum eandem hic Iudæis cum *Petro Lombardo* sent. 1, 2. *Paulo Brugensi* in *Addit. ad Lyram*; aliisque infinitis oppositum retineamus, (a) nullam video causam. Qui autem putaverunt, nimis lubrico argumento Christianos uti ex hoc loco, non est mirum, *secundi generis* hæc loca eos spernere, qui tot loca *primi generis* de Mediatore Christo, deque Spiritu S. à Patre & Mediatore exeunte, in V. T. clarissima, ex nuda versione vocum *angeli*, & *servi Dei* ita prætereunt, ut in nullis locis communibus ferè extant. C. 1, 1. *et vœt*. Prius *vau* pro bis *vœt* per ellipsin omittitur, ut usitatissimum, sed in versione suppleri debet, ut omnes in universum ellipses. Notatque omissum *vau tam*, positumque *quant*

(a) lege: *oppositam decidamus.*

quam centenis locis in versionibus extantibus
 itidemque et pro altero. Non ergo unum quid
 principio Deus creavit, non chaos, quod gen-
 tilis poeta *Naso* falso ponit & omnes eius se-
 quaces. *Tremellio Iunius*. Creavit impolitum cha-
 os, quod postea suppeditavit celestibus terrestribus-
 que corporibus formandis materiam, longè alia
 à Mosis mente, qui alterum alterumque diserte
 dicit; sed vero in uno non est alterum alterum-
 que. *Piscator* in analysi. His verbis narrat Mo-
 ses, quid creaverit Deus die primo: videlicet hæc
 duo: primò molem quandam ex terra & aqua
 confusam atque permixtam: quam confusam molem
 veteres *Ethnici poete* (hos respexit, non Mosem)
 nominarunt chaos, ex qua tanquam materia prima
 Deus postea singulas mundi partes certo ordine
 produxit. Quæ contra diserta Mosis verba, cui
Ethnici in hac re nil prævalent. Chaos est vox
 unica, itemque massa, & moles non gemina,
 ut cælum & terra, quæ non sunt unica vox;
 nec extat; principio creavit Deus chaos,
 massam, mundum vel molem. C. I. I. *Samajim*
 Cælum illud indefinitum, & q̄l. infinitum hoc
 primo die erat indivisum: altero autem die in
 tres partes continuas dividebatur, in duo ex-
 āraspa, & medium ēvaspor. Trinunum illud
 nomine generali dicitur Ebr. *Samajim*, Gr. ἔρα-
 νός latinis cælum; sed medium altero die à Deo
 factum dicitur peculiariter & propriè Ebr. ra-
 qia Gr. αἰθήρ, latinis ether. στεῖρα et firma-
 mentum vel expansum sunt indoctorum LXX.
 Interpretum, & malè æmuli eorum B. Hiero-
 ny-

nymi aliorumque inusitatæ & ignotæ antea voces. Neutrum ergo *āraṣṣor raq'a* vocatur supra vel infra *ēvāṣṣor* extans. Ergo versus primus nil dicit per prolepsin & anticipationem, quæ hic falsa est, estque unum cœlum diei primi divisum die secundo in trinum, & utrumque iusto ordine narratum. Cap. 1: 1. *ḥaarez* quia vox terræ est ambigua, sumiturque 1. pro elemento terræ, opposito elemento aquæ, aeris, & ignis. 2. pro opposito nudæ aquæ. 3. pro terreno quovis, multoque aliter, ut *sama'im* tres notat cœlos & quodque eorum, illi (a) ob altitudinem sphaeræ coelestis, sic majim *pontum* vocavi, ut poëta latinus: *non nisi pontus & æther erez globum terrestrem*. Et ex Arabicâ Ebrææ dialecto jam plurimi docuerunt, quod cœlum & terra ab oppositi situs significatione radicali dicantur, ut latinis *humilis* ab *humo* & fortè græcis *ἐπαρός* ab *ἐπείω ἀνω*. Ergo ea ambo Piscator in sch. ad voces *cœlum* & *terram*, cœlum *circumferentia*, terram *centro* rectè designat. Tum u. inquit *circumferentia* fuisset prior *centro* saltem ordine si non tempore. At nec ordine nec tempore erat alterutrum altero (b) prius. Ergo & ex opposito situ apparet, non fuisse *molem*, *massam*, *chaos*. Vnum enim numero est unicus situs, non & summi imique infimul & pariter. Suntque se invicem destruentia ea *Piscatoris*. Porro *chaos* illud appellat *Moses* 4. nominibus, 1. *cœlum* & *terram*

(a) pro, illi, lege: *dicti*.

(b) adde: *circumferentia centro*.

terram, per meton. effecti, v. 1. secundò terram
 per synecdochen membri, & meton. effecti. v.
 2. tertio abyssum, ab adiancta granditate ac
 profunditate, v. 2. quarto aquam, per synec.
 membri, itemque meton. effecti eodem v. 2. &
 quæ in Analyfi, quæque in scholiis habet ad
 utrumque versum Cap. 1. 2. *Tobu vabobu* sunt
 plurimarum nunc noctium adjuncta, hic autem
 prima singulare & proprium in quarto modo,
 cum necdum lux extitisset, neque caussa ven-
 torum extaret. *Tobu* ergò est *intempestum*, *con-*
ticuum, *filens*, *mutum*, *surdumque* noctis, et
 si quid aliud de nocte reperitur latinis adhi-
 bitum quod aures de nocte non feriat: unde
 & latinum *taceo* oritur. (nisi forsan nefas mihi
 sed aliis fas sit originem latinæ vocis ex Ebræo
 post millenos autores obiter vel ex professo
 aliquando id agentes annotasse) Sic & *bobu*,
 unde *vaco*, *vacuum* noctis *cacum* & *invisibile*
 notat. Vnde apparet, ut pronomina ita & sub-
 stantivum verbum *baia* genere quidem sæpè
 convenire præcedenti, ut hic, sensu autem,
 sequenti, uti hic etiam; Nec latine dici terram
 conticuam & invisibilem, sed noctem aliquam
 in terris dari conticuam & res invisibiles. Et
 rectè Clarissimus & Reverendus D. Hottingerus
 epist. ad Ionsionum medicum, polybistorem
 celeberrimum 10. Martii 1664. editâ *vau* in
 sequenti voce *vechossec* reddit per *nam*. Sic
 obiter dedi specimen scholiorum, qualia dari
 à me queant in quosque versus. Sed versio
 accurata tantundem laboris & iudicii requirit,
 d in-

Inque tenui non est tenuis fructusve laborve,
 ut hanc prolixis commentariis longe præferam.
 Gap. 1. 2. *hammaim*. Nemo non videt, non
 notare hic aquam, elementum reliquis opposi-
 tum, aut aquam, aquæque guttas terræ vel
 arenæ oppositam, sed *globum terrestrem aqua*
tectum, cuius partem ingentem aqua tectam vo-
 camus *pontum*; eaque significatio manet usque
 ad versum nonum, ubi demum pro *mera aqua*
 fumitur. Cap. 1. 6. *btoc*. Ad eundem sensum ge-
 mino redditur modo, 1. ut *toc* notet *centrum*,
in centro existente globo terrestri aqua tecto, seu
ponto, participium autem *existente* ut ipsum
 verbum substantivum *baja*, & pronomen *hu*,
 quæ utraque sunt unius radicis, ex eadem causa
 in Ebræo, et in græco & latino eadem, per
 ellipsin subintelligitur. 2. ut notet præpositio-
 nem *circa*, *circum*, ut reddidi. Quia enim glo-
 bus terrestris est in centro, ergo ut *ἀναστροφ* aer,
 sic & stelliferum æthereum cælum est
circa terram. Pererius p. 32. 10, 1. hac voce uti-
 tur rectè, licet infimum cælum, cum medi-
 um debuerat, amplectatur: paulo superius cum
egimus de firmamento, satis perspicue ostendimus,
nomine firmamenti hoc loco Moysen non cælum sy-
dereum, sed spatium aereum quod circum terram
usque quaque diffusum est & usque ad sydera expan-
sum, significare voluisse. Cap. 1, 6. *mabdil* quod
 reddidi *horizontem bipertitorem*, id, si *globum*
terrestrem erez, ut Celeberrimus Hottingerus ha-
 bet in epist. citata p. 5. seu A. 3 lin. 6. à fine,
boc loco globum notat terrestrem inquit & bas-
samaim

samaiim notat *globum celestem*, necessario sequitur. Ergo & *Piscator* in analysi v. 6. 7. 8. Duali autem numero vocis *samaiim* significatur distinctio (bipertitio) illius per horizontem in duas aequales partes. Nam homini in terra posito, in quacunque orbis parte consistat, dimidia tantum cœli pars patet, altera latet sub horizonte. Sic itaque aquæ supracœlestes periere, quia per aquas intelligitur globus terrestris bipertibilis in duas aequales partes. Pererius audiatur p. 6. reg. sec. Non esse sine necessariâ causâ confugiendum ad miracula, & absolutam Dei omnipotentiam; ita inferens, *Hanc regulam ut satis per se manifestam & cuius sanæ mentis probabilem, non aliter confirmabo, quam unico Augustini testimonio: is enim initio libri secundi de Genesi ad literam de aquis, quæ super firmamentum sunt, disputans, docet eos, qui super cœlum aquas esse posse negant, non esse miraculis & omnipotentia Dei confutandos & tanquam obruendos. Sic enim ait: Nec quisquam istos ita debet refellere, ut dicat secundum omnipotentiam Dei, cui cuncta sunt possible, oportere nos credere, tales esse aquas super cœlos quales sunt super terram, nunc enim quemadmodum Deus instituerit naturas rerum, secundum scripturas eius nos querere convenit, non autem quod ipse in eis vel ex eis ad miraculum omnipotentie suæ velit operari. Cap. 1. 9. liqqavu. Quod per diffuant reddo, causa est, quia gava notat inter alia fluvio cum omnibus compositis, & ergo tam diffusus quam confusus. Aquæ autem hætenus erant conjunctæ, hoc est, eam orbis terrarum un-*

dique faciebant continuæ, & hoc verbo non orali mandato effectivo totius orbis *Et terra motu* quatiebat globum, ut eminent montes, valles subsiderent, alvei fulcarentur, eosque comple- rent flumina, lacus, mare, oceanus. Multique præterea sunt, qui utuntur in commentariis, vel ubicunque de hac re fit sermo, voce *disfluendi*, quæ loca lectori diligenti occurrent. *Pererius* p. 32. n. 100. ad quæstionem malè formatam, quomodo aqua prius universam operiens terram, tertia die *unum* in locum redacta sit, inquit. *Deinde responderi potest, tunc multis partibus* (nota pluralem) *terram profundè subsedisse: aliis item plurimis in sublime elatis* (nota pluralem) *extumuisse, factasque esse magnas concavitates terre, profundasque valles, Et excelsos montes: quæ loca fuerunt illarum aquarum receptacula,* (nota tot pluralia) *nam ante diem tertium terra equaliter tota in orbem compacta Et conglobata erat.* Iunius ad h. I. id est, in assignatum sibi alveum *Et conceptaculum* singulæ aquæ: *Syllepsis*, ut docet vox *Maria* proximè sequente versu. Quin ipse Castellio, qui in versione habet *confluant*, in præfatione Pentateuchi latini, quem librum vocat *Mosen Latinum ex Ebræo factum*, in 8. Bas. 1546. apud Oporinum editum, utitur voce *diffuant*. Ita veritas extra versionis angustias libera se vindicat. Cap. 1, 26. *naase* faciamus. Quod est ambiguum, vel cum impetu, absque deliberatione, vel *cum ea*. Consequens huius est, ut satis appareat, quanta cum gloria, dignitate

ac potestate hominem Deus ab initio condiderit. Est ergo ex decem prerogativis primi hominis, quod dicat, *faciamus deliberato*, quæ vox à me addenda fuerat, ut ambigua Ebraea vocis distincti sensus distinctè concipiantur. Et prima quædam prerogativa, inquit Pererius, in eo cernitur, quod, cum Moses fecerit Deum omnes alias res præter hominem creasse vel absoluta voluntate, ut cum dixit, In principio creavit Deus cælum & terram: vel dicendo ac iubendo, ut cum ait: Dixit Deus, fiat lux, fiat firmamentum, fiant luminaria, congregentur aquæ, appareat arida, germinet terra, producant aquæ, producat terra, cum ad hominis creationem ventum est, inducitur Deus nova quædam & singulari ratione atque oratione uti ad creandum hominem: siquidem velut eum consilio & deliberatione ad condendum hominem accedens. Deinde est alterius prerogativæ verbum, quod principale ac summum fidei nostræ mysterium, hoc est, sanctissimæ Trinitatis, primum in hominis procreatione indicatum & patefactum esse legitur, inquit Pererius falso, cum jam elohim versu primo extet: sequitur autem bis nostra, in bzalmenu kidmutenu. (a) Elohim autem, ut repetam, antecederet ratione significationis etiam notat personas non unam sed plures ἐξοχαστικῶς colendas (nam ab אלהים est colo latinum, estque plurale) non solum consequenter respectu usus Theologici,

d 3 cum

(a) deleatur: sequitur - kidmutenu.

cum omnis usus in origine fundatus sit, (a) Trinitatis mysterium pandit, Cap. 1, 26. *Adam*. Non reddidi per *hominem*, voce ambigua, sed *genus humanum*, utrumque sexum notans, quia uterque sexus, mas & foemina juncto corpore statim sunt una *concreati* & *concreti*. Rationes quæ me movent sunt sequentes, quas tamen pio animo absque novationis libidine vel ludibrio censori subjicio. I. quia ut *W̄N* sic *OT̄N* est collectivum seu sub singulari notat etiam plures nedum duos. II. quia *homo* in latino itidem est collectivum (b). III. quia *genus humanum* latinis utrumq; sexum notat. IV. quia quatuor versibus 26. 27. 28. 29. utitur Sp. S. XI pluralibus ad *genus humanum* referentibus 1. *vjirdu*. 26. *otam* 27. 28. *lahem* 28. *fru* 28. *vurebu* 28. *vumilu* 28. *vkibsyha* 28. *vuredu* 28. *lakem* 29 bis. V. quia v. 27. expresse *sacar vunegeba bara otam*, utriusque sexus meminit. VI. quia *vaibarec* 28. *benedicebat autem ambobus Deus, natureque instinctum constituerebat dabatque ambobus Deus, proli date operam, ut multiplicetis genus, repletoteque ipsam eam terram omnem, eiusq; aliquam partem vobis reddite propriam, dominemini item in pisces maris, inq; aves cœli, inque omnem feram vagam per terram omnem* necessario referuntur ad utrumque sexum. VII. quia Theologi omnes statuunt per hæc verba utriusq.

(a) adde: sicque &c.

(b) lege: quia *homo* in latino itidem collectivum utriusque sexus non ps. (præcise) de uno tantum adhibetur.

utriusque sexus matrimonium esse constitutum. Quod absque dato pari institui & ordinari potuisse omnes negabunt, & est absurdum. Gerbardus ille in *aysis* Theologus Art. de conjugio c. 4. statim ab initio. *Causa efficiens principalis primarius coniugii autor est verus Deus, unus in essentia ac trinus in personis Pater, Filius ac Sp. S. Id quod probat* 1. coniugii institutio & ordinatio, *quæ breviter describitur* Gen. 1, 27. Creavit Deus hominem ad imaginem suam, masculum & foeminam creavit eos v. 28. Benedixitque illis Deus & ait: *crescite & multiplicamini, & replete terram, postea vero latius explicatur* Gen. 2. 10. sic p. 58. & postea p. 62. §. 44. *Qui copulatis Adæ & Evæ benedixit* Gen. 1, 28. *quæ benedictio non est verbalis sed realis. Dei enim benedicere est benefacere & p. 63. Ideo etiam amplissimam ei Evæ largitus est dotem* Gen. 1, 28. *dominemini in pisces maris, & in volatilia cæli & p. 66. §. 57. 4. Novorum coniugum benedictio, quæ disertis & expressis verbis asseritur a Mose* Gen. 1, 28. *fecit eos masculum & foeminam, & benedixit eis. Hoc Dei benedicere non est verbale, sed reale, Deus enim benedicendo benefacit, cum non loquatur verba sed res. VIII. At obijciunt, scilicet per prolepsin & anticipationem hæc dicuntur. Nego: æque enim hic est falsa prolepsis, ut erat supra falsa in versu primo qf. per eam falsa illa materia prima dicatur cælum, cuius demum in v. 2. fiat mentio, quam supra refutavimus. Creationem enim distincti sexus statim hic sequitur benedictio. IX. Hic sunt*

verba benedictionis, non in capite sequenti: in hoc capite est coniugium corporum, licet non animorum, in sequenti à Deo copulantur ad coniugium animi & corporis infimul, quod est verius & perfectius X. Quia hætenus in toto capite nihil per anticipationem & genericè tantum *ut in capite* dictum, qui ergo hic de homine id dicamus? XI. Quia supra ad decretum v. 20. & effectum eius v. 21. creationem piscium aviumque statim v. 22. sequitur benedictio iisdem tribus vocibus *fru, virebu, vumilu*, quæ utrumque sexum in omnibus istis supponit. XII. Si suppositio est vera, quanto magis, ubi ipsa verba expressè utrumque sexum nominant. XIII. Quia v. 24. 25. omnia terrestria animalia supponuntur ab omnibus esse creata utroque sexu statim primò & immediate, quidni & homo? XIV. quia Eva non ex relatione sponsi ait Gen. 3. vetuit Deus *ne comeditote de eo fructu*, aliis alias usura verbis, sed quæ ipsa audierit; atque ante dissectionem corporum & mas. & femina erant animalia rationalia, & Deus interdictum utrique fecerat. XV. licet capite primo non addatur de feris terrestribus avibusque cæli, quod Deus ea utrique homini considerata quoad utrumque sexum exposuerit, quia cogitari id per se poterat, nullam tamen id cap. primo prolepsin seu genericam saltem eorum descriptionem causatur, sic neque in capite primo generica tantum cogitanda est utriusque in homine primo sexus mentio, quia hic c. 2. additur ille animalium aviumque uterque sexus hominis

minis ob coniugii appetitum visui objectus. XVI Quia **על** nullibi tam (a) notat costam sed totis Bibliis totum latus, seu dextrum, & sinistrum, sive dorsum & prorsam partem. Cumque radix extet in Bibliis L, XXVI. (b) diversis formis Grammaticis, omnia loca sunt excutienda, videndumque quam bene vulgatus septuaginta iudæos textus Ebræi et Græcæ linguæ pariter ignaros sit secutus. Recensebo primo juxta ordinem Bibliorum usitatum Gen. 2, 21. 22. 32, 31. Ex. 25, 12. bis 14. 26, 20. 26. 27. bis 35. bis 27, 7. 30, 4. 36, 25. 31. 32. 37, 3. bis 5. 27. 38. 17. Iosue 18, 28. 2. Sam. 16, 13. 21, 14. 1. Regum 6, 5. 8. 15. bis 16. 34. 7, 3. Jobi 18, 12. Pl. 35, 15. 38, 18. Jer. 20, 10. Ez. 41, 5. 6. quater 7. 8. 9. bis 11. 26. Mic. 4, 6. 7. Zef. 3, 19. Summa 50. loca. Secundo juxta 26. formas Grammaticas ex Buxi. Concord. 1. **על** zelea Gen. 32, 31. sol ei Iacobo ortus est, altero crure vel pede claudicanti. 32, 32. Ex eo non edunt Israëlites partem posticam musculosam cluniosam carnosamque feminis natesque quæ obducit coxam cotylamque femoris in hunc usque diem, quia tactu violento luxabat Mediator Christus nervum cotyle femoris Iacobi sub natibus seu musculosa carnosaque parte feminis ad nates. 2. **העל** bazzo-lea Mic. 4, 6. congregabo oves claudas v. 7. **על** ex claudis peculium seu peculiarem

d 5 gre-

(a) del. tam.

(b) lege: L, XVII.

gregem efficiam Zef. 3, 19. 3. **זֶלָא** zela cum gamez Ez. 41, 6. bis. *cellæ s. cœnacula* super cœnaculatrium contignationum. 4. Zela cum Patach. Ex. 26, 26. facitoque vectes ex lignis cedrinis quinos pro asseribus lateris tabernaculi unius ad meridiem. v. 27. bis. quinosque vectes pro asseribus lateris tabernaculi alterius (versus septentrionem) quinosque vectes pro asseribus lateris tabernaculi à parte occidentali. v. 35. bis. at candelabrum e regione mensæ ad *latus* tabernaculi meridiale, mensam autem ponito ad *latus* aquilonale. Ex. 36, 31. confici ergò jubebat vectes ex lignis cedrinis quinos pro asseribus lateris tabernaculi unius. v. 32. & iterum quinos vectes pro asseribus lateris tabernaculi alterius. 5. **זֶלָא** vzela cum Patach. Ios. 18, 28. est nomen proprium oppidi in Beniaminica tribu. 6. **הַזֶּלָא** bazzela cum patach. Gen. 2, 22. locus controversus, quem per *dorsum* explico. 7. bazzela cum gamez 1 Reg. 6, 8. januæ erant pro cœnaculis s. cellis mediis seu alterius contignationis. Ez. 41, 5. & latitudinem cœnaculorum singulorum, quaternos cubitos circumcirea per templi ambitum. Ez. 41, 11. ostia cœnaculorum erant in spatatorio. 8. **זֶלָא** bzela cum Patach. 2 Sam. 16, 13. Semei à latere montis eum comitante. 9. cum gamez 2. Sam. 21, 14. Nomen proprium prædicti oppidi. 10. **זֶלָא** lzela Pf. 38, 18. Equidem sum in *lapsum casumque* pronus. 11. **זֶלָא** lazzela Ez. 41, 9. Crassities parietis pro cœnaculo quoque seu exedra

edra. 12. וְלִצְלָע *vulzela* bis. Ex. 26, 20. 36, 25. . Et ad *latus* tabernaculi alterum versus aquilonem. 13. צְלָעִי *Zal-i* Jer. 20, 10. meum observantes *casum*, *interitum*, *ruinam*. 14. *Vubzal-i* Pl. 38, 15. at illi ob meum *lapsum casumque* tripudiant. 15. צְלָעוּ *Zal-ò* quater. Exod. 25, 12, 37, 3. bis. binos scilicet annulos ad *latus eius arce* unum, itemque binos annulos ad *latus eiusdem* alterum. 16. לְצִלְעוֹ *lzal-ò* lobi 18, 12. corrupta est *crasis eius vegetabilis humidi succique* & *spirituum*, ita ut mors instet ei à tergo. quem locum solum, præter duo Gen. 2. controversa loca, sed ut patet ex phrasi latina, ineptè vulgatus explicuit per *costam*. 17. צִלְעִים *zlaim* I. R. 6. 34. utraque fores *valve utriusque versatiles* erant. 18. צִלְעוֹת *zlaôt* I. R. 6, 5. & faciebat cellas, exedras s. *coenacula hinc* & *inde*. Ez. 41, 9. Et quicquid erat *vacui spatiatorii templum* inter & cellas seu exedras, quæ erant templo additæ. 19. הַצִּלְעוֹת *hazlaôt* I. R. 7, 3. *tectum autem convexum cedrinum* incumbebat illis cellis, *coenaculis* s. *exedris*, Ez. 41, 8. *fundamenta cellarum* s. *coenaculorum* implebant. 20. וְהַצִּלְעוֹת *vhazzaôt* Ez. 41, 6. *cellarum* s. *exedarum autem singulæ aliis impositæ*. 21. לְצִלְעוֹת *lazzlaôt* Ez. 41, 6. *cellis* s. *exedris hinc* & *inde septum*. v. 7. *patientiora denique* & *ampliora*, quo *altiora* erant *coenacula* s. *cellæ singulæ*. 22. צִלְעָה *zal-ôt* Ex. 25, 14. per annulos illos ad *latera eius arce*. Ex. 27, 7. in duobus lateribus *arcæ*. Ex. 37, 5. ad latera *arcæ*

area. Ex. 38, 7. *ad latera are seu altaris*. 23. **וּצְלָעוֹת** *vzal-ôt* Ez. 41, 6. & *exedarum, cellarum s. coenaculorum templi*. 24. **בְּצִלְעוֹת** *bzal-ôt*. 1. R. 6, 15. bis. *induebatque ipsos parietes templi intus tabulis cedrinis, sternebatque ipsum pavimento templi tabulis pineis v. 6. induibat item ipsum 20. cubitorum parietem à parte lata templi tabulis cedrinis*. 25. **וּצְלָעוֹתָיו** *zal-ôtav*. Ex. 30, 4. 37, 27. *in utroque eius are latere*. Ultima seu 26ta. forma **מִצְלָעוֹתָיו** *mizzal-otav* est prior hujus Gen. 2. cap. locus controversus. Ex his L. locis *Vulgatus* in 27 locis habet *latus*, sc. Ex. 25, 12. pr. 14. 26, 20. 26. 35. pr. 27, 7. 30, 4. 36, 31. 32. 37, 3. bis. 5. 27. 38, 7. 2. Sam. 16. 13. 21, 14. 1. R. 6, 5. 8. 1er. 20, 10. Ez. 41, 5. 6. bis. 8. 9. bis. 11. 26. ut mirer, quare tribus locis Gen. 2, 21. 22. & Iobi 18, 12. reddiderit *costas*. Quatuor locis concise loquitur per ellipsin vocis *lateris*, alias reddens hanc vocem per *partem, plagam, tabulatum, tabulas, flagella, cochleam & adversum*. Septuaginta ipsi in 28. locis reddiderunt per *πλαυράν* seu *latus*, quomodo & Græcis scriptoribus æque frequenter *πλαυρά* pro *latere* ponitur e. g. *πλαυράς ποταμῦ* *latera amnis, ripas non costas amnis intelligens*. Soph. *πλαυράν διαρρίζαντα τῷδε θαλάσσῃ*, non *costam* sed *latus* perrumpentem hoc puficano. Diosc. 5, 28. *πλαυράς πόντος* *lateris non costæ dolor: uti & Aibeneus 12, 6, de Sybarita habet*

bet *πεποικίνας τὴν πλευράν*, quod *Dalechampius* recté reddit, *latus* condoluisse. At Ez. 42, 11. per *exedram* iidem LXX. & per ellipsin præterierunt Ez. 41, 5. Sic & *Tremellius* cum *Iunio* in omnibus 19. Exodi locis reddiderunt per *latera*. XIX. Quid quod plurimi scholiastæ & commentatores de *latere* frequenter æquè quàm *costa* loquantur. Pererius p. 178. ad Gen. 2, 21. 22. n. 181. ter utitur voce lateris lin. 7. 14. 24. f. ultima. *Robertus Stephanus* sub nomine *Vatabli* ad h. 1. *Tulit unam subaudi portionem de lateribus eius, pro, aliquam portionem ex uno laterum eius. n. 40. costam vel, latus quod acceperat. Hoc est, portionem eam carnis, quam ipse acceperat de latere hominis*. XIX. Quid quod utrumque vocabulum *dorsum* & *tergum* ex Ebræo *zela* oriatur. Scilicet in Oriente *z* in *d* & *t* millies transit. & alternat & *l*, *Ajn* per *gain* seu *g*. sæpissimè pronuntiatur, vel per *f* ut *בַּאֵל* *baal* βασιλεὺς: *bad*, post: XX. Ita excidimus plurimis ineptis questionibus & disputationibus, coniecturisque præcipuè Scholasticorum, vel potius liberamur, quando de *tergo* seu *dorso* explicamus. Sc. 1. Cur *Eva* facta sit ex latere & *costa* *Adæ* potius, quàm ex aliâ corporis parte? 2. Quomodo ex *costâ* tanta moles corporis muliebris formari potuerit? 3. An illa *costa* fuerit necessaria integritati corporis *Adæ*, an supervacanea? quæ singulæ extant apud *Pererium* & quidem prolixè tractata *XI* longis & perplexis periodis; alias
lectori

lectori libentissimè eas stitissèm hic loci. Verum hæc præter falsitatem & absurditatem sententia, unde fluxerunt, etiam ipsa tam obscura perplexa dura & violenta eorum tractatio meas esse nugas & figmenta declarat. XXI. Ita etiam liberamur quæstione falsa, cur Moses non memoret creationem animæ mulieris, quæ apud Pererium itidem extat § 204. p. 152. b. conceditque ipse inscius in nostram sententiam. *Creandi verò inquit utriusque animam, quia planè similis fuerat ratio* (eum verò intelligere hic loci & temporis eandem rationem ex sequentibus apparebit) *propterea nihil attinebat bis hoc edocere, sed* NB. imperfectum, *ERAT satis in generatione viri semel indicasse.* Ergò concedit Gen. 2, 7. ubi agi de viri, etiam de feminæ inspiratà animâ immortali agi. At sinè corpore, uti non viro sic nec foeminæ auma inspirari poterat. Ergò utrumque jam extiterat. XXII. Liberamur etiam ab eâ Eucherio difficili visa quæstione, utrum ex Adæ animâ Evæ anima sit creata; XXIII. Quia Pererius contra secundam regulam suam, *Non esse sine necessariâ causâ confugiendum ad miracula, & absolutam Dei omnipotentiam,* peccat, Tostati. q. 393 super cap. 13. Gen. valido argumento, absurdum videri, *costam* illam si primò fuit de necessariis costis Adæ, & ad integritatem ejus pertinens, ablatam fuisse Adamo, & in eius vicem repositam esse *aliam costam*, quæ non fuerat ex primæuâ corporis Adami integritate, ita respondens, *Sec*
leve

leve est: argumentum : brevissimo enim tempore priorem illam costam habuit Adam, & quæ in ejus locum successit, et per totam vitam in Adamo permansit similis eius omnino fuit, & utriusque idem fuit opifex Deus: neutraque naturali modo sed per omnipotentiam Dei supernaturali ratione facta, & Adamo inserta est. p. 152. n. 201. XXIII. Eo etiam Pererii absurdo liberamur, quod habet p. 132. n. 200. Quod si animum advertamus ad scripturam Hebraicam, planè intelligemus, id quod paulo supra monuimus, eo loco non significari pro costâ suffectam esse carnem, sed carnem Adæ ob detractionem costæ hiantem & interruptam esse repletam, vel ut est in Hebræo, esse clausam & continuatam; quali autem re sit clausa & continuata, non exprimitur in Scriptura, cum post discerptum alterum ab altero tergum, carne cutique utriusque hiantia loca occlusa expletaque esse apertè dicat scriptura, & ingenio facile id quisque assequatur. XXV. In capite primo Gen. agitur de matrimonio & conjugio in genere, uti antea piscium, avium, animantiumque omnium sic & generis humani; quo fit, ut quamdiu uterque sexus cœlebs vivit, à tergo q. gestet futurum coniugem, ut licet sæpè per aliquot annos se videant, ignorent tamen se olim conjuges futuros. At in cap. secundo agitur de hujus in specie paris, Adæ & Evæ conjugio: ut scopo differat tractatio utriusque capitis de conjugio; in primo, erat diversus sexus eiusdem speciei, qui

qui queat conjugium inire, cui significando tergis erant juncti: In secundo, qui actu debebant conjugium colere, ergo tergis adversis discerpendi erant, ut amplexari mutuo possent. XXVI. Quid quod capite primo expresse uterque sexus dicatur *Creatus* propriâ locutione, & toto eô capite usitata: In secundo item c. 7. versus idem quodammodo dicat, quod caput primum, nisi quod de corpore utriusq. hominis Figuli adhibeatur fingendique metaphora: at v. 22 foemina non dicatur demum creari, sed pariendæ proli apta effingi: quod saltem est accidens creationis respectu, & ratione historię ejus tantum consequens. Radicem autem בנה *bana* propriè significare *procreare prolem*, tantò plura loca S. S. ubi verbum eo significato extat, & nomina *liberorum, filiorum filiarumque, nepotum, neptiumque* longè frequentius præ *edificandi, & edificiorum domusque* notione occurrunt, monstrant. Quod si quis objiciat, *prolem parere* activum posse esse in *Qal*, at *effingere aptum proli* esse transitivum in agentem, adeoque debere esse in *Hifil*, non *qal*, ut h. l. extat, responsio in promptu est, centena loca *Con. i.* habere significationem ipsius *Hifil*. Nec R. Sal. de creatione Evę hoc verbum intellexit, sed ut ego de *figuratione* ejus latiore deorsum & angustiore sursum, ut foetum melius contineat. Sic *Lgranus. XXVII.* Si quæ narrat Moyses de creatione utriusque sexus cap. 1, 27. & 2, 7. non sunt historicè accipienda,

da, sed parabolicè quodammodo, hoc est, non tangere corpus foeminae, ex eo necessariò efficitur, nusquam tradi in scriptura modum, quo generata sit & creata Eva; nam extra hunc locum utrumque, nusquam alibi ea de re fit mentio. XXVIII. Quemadmodum superflua illa Adæ costâ detractâ nulla ratione dici potest Adam fuisse monstrosus, & præter naturam hominis à Deo creatus, quia deinceps per totam vitam justum costarum numerum habuisse sequitur, aut quia latuit sub carne decenter cum reliquis costis composita & concinnata; Eodem modo concinnè concreata et concreta utraque corpora monstrosum neutrum primum hominem faciunt. XXIX. Quemadmodum breuissimum tempus, quo gestasse dicitur Adamus superfluam costam, & quantum ad eum pertinebat, præter naturam & per accidens ei inditam, à monstri ignominia Adamum liberat, ita eadem brevissimi temporis ratio utrumque primum hominem, licet tergis conjuncti fuerint, à monstroso corpore exolvit, cum vix duas horas ante soporem fuerint corpore nexi, & absque incessu uterque animalium aviumque frequentia coniugia aspicere & observare potuerint. Eo autem argumento ter utitur *Pererius*, 1. pag. 151 n. 199. l. 13. iterum p. 152. n. 200. 6. à fine §. & tertio p. 201. n. 201. l. 7. XXX. Sed et a Celeberrimi Merceri severâ monstri redargutione primos homines vindicare debeo, licet hermaphroditum statuam. Ita autem

tem ad v. 2. Gen. I. ultimis verbis concludis. *Abborret etiam ab analogia creationis reliquorum operum, ut Deus hominis creationem à monstro inceperit, id est, hermaphrodito. Nec quod infra dicetur de costa Ada aut NB. latere, ut illi exponunt, pro illis quicquam facit, quod loco illius clangerit carnem.* Demonstrabo enim ex N. T. Deum datâ opera *hermaphroditum* ab initio creasse & ex limo finxisse. Scilicet Apostolus Paulus pro me in medium procedat, quando ad Ephesios 5. 32. ait. *Mysterium hoc magnum est seu sacramentum, non matrimonium illud corporale, sed quod toties loquor de Christo & Ecclesia.* Mysterium vocat, *ne quis naturalem Christi & Ecclesie conjunctionem somniet, qualis est viri & uxoris, & arcanam eam esse ostendit, spiritualem videlicet, & quæ à communi hominum captu sit quam remotissima, utpote quæ Spiritus non carnis virtute, fide, non naturali aliquo connexu constet, rectè inquit Beza; Cujus mysterii hæc est vis, ut inde ad carnalia & temporalia non ducantur similitudines & meræ parabolæ, ut ab inferioribus ad superiora ascendendo similitudo mera duci potest; e. g. quando mera similitudo ducitur à grano sinapis ad regnum cœlorum, ita nequaquam mystica seu mysteria & sacramenta terrenis & carnalibus mera similia præbent. Quid ergo mystica & mysteria præstant meris similitudinibus?* 1. quod ipsa sunt archetypa, terrena autem ectypa 2. quod ipsa his dant originem, & hæc ab

ab illis recipiunt; 3. quod ectypa per Deum in terris mandantur, statuuntur & fiunt, absq; autem Dei statuto seu mandato nulla fiunt ectypa; idque propterea, quia in coelis archetypa ab æterno extant & sunt decreta; quæ omnia in meris similitudinibus cessant. Quæ differentia hic erat præmittenda. Cum ergo Deus æterno decreto omnia ea, circa quæ articuli nostræ fidei versantur, œconomicè instituerit, inter quos est illud de Evangelio, ejusque pars est mystica illa conjunctio Christi & Ecclesiæ, delectabatur ergò eius sacramenti adumbrationem hic in terris per ectypum instituere hisque materialibus rebus licet multo viliori materiæ imprimere non typum modo & ideam sed qf. pignus sacramenti ejus coelestis, scilicet institutionem conjugii viri & feminae hic in terris: ut tamen Christus & Ecclesia omnino manerent sponsus & sponsa archetypicæ, maritus: item & marita duntaxat essent sponsus & sponsa ectypice. Cum ergò Apostolus v. 21. breviter repetisset scopum, ad quem Christianis omnia referenda sint, sc. ut peculiari modo alii aliis serviant ad Dei Christique reverentiam & gloriam, *Libenter diligenterque servantes inquit mutuum conjunctionem reverentiam & subjectionem*, non vulgarem sed *quæ sit pignus devincientis vos Dei*. Tum verò per XII. sequentes versus ad conjugalem œconomiam descendit, uxoribus maritisque singula sua officia ordine distribuens, & quidem quinque ipsi

e 2

ectypo

eëtypo suum archetypum seu archetypi unicum corpus monstrans, ut & ipsi meminerint primos eëtypos uno corpore fuisse *concreatos* & *concretos*; postea tergis discexptos iterumque corpore conjugali copulatos fuisse, seque non duplicum sed unum corpus conjunctum vivere debere, ut pignus & membrum Christi & Ecclesie: *Primum* & exstat v. 22. *Vxores non alienis sed propriis maritis servate subjectionem* & *reverentiam* & τῷ κυρίῳ. *In viris vestris pignus habentes Christum Dominum, qui est caput & sponsus Ecclesie.* Hoc est, coherent, ut Christus & Ecclesia mystico corpore, ita maritus & marita corpore conjugali: utque eminentissimâ in Christi & Ecclesie unione Christus est superior & caput, Ecclesia autem inferior, ita vir est superior habetq; Christi ἡ κεφαλή, & uxor est inferior, habetque Ecclesie ἡ ἑκκλησία. In duobus tantum discedunt 1. quod maritus à Christo ac proinde a personâ sua deficere possit (quo loco & tempore marita præstare quæ tum maritus vult nec potest nec debet quin statim Christum abjiciat) Christus autem à personâ suâ nunquam deficiat. 2. quod Christus & Ecclesia semper vivant insimul: maritus autem & marita non semper. Quo casu contra rigorem Tertulliani l. de Exhortatione castitatis, hæcque ejus verba, *secundum spirituales nuptias Ecclesie & Christi (ante enim Christus & una ejus Ecclesia) agnoscere debemus duplicatam & exaggeratam esse nobis unius*

antus matrimonii legem, tam secundum generis fundamentum quam Christi Sacramentum. De uno matrimonio censemur utrobique; et carnaliter in Adam, & spiritualiter in Christo, superstes pars alterum tertiumve matrimonium adire potest; unoque matrimonio rectè censebitur, quia non vivit in polygamia, sed successivè in uno unoque conjugio. Alterum ac v. 23. extat. *Vt Christus & est caput Ecclesie, & idem Salvator & Conservator sui ejus corporis: ita vir est caput uxoris.* Adde & posterius membrum: *idemque est diligentia & labore suo fotor & nutritor mulieris, & in muliere sui corporis*, sed in Christo ea fiunt eminenter mysticè ac sacramentaliter; in marito typicè. Sequitur v. 14. Conclusio debiti uxorum erga maritos. Ergo itaque sicut Ecclesia subdita est Christo, ita et vos uxores estote non alienis sed propriis viris in utroque statu prospero & adverso: ubi est tertium *ὡς τὸ πρ.* Quartum *καθὼς* v. 25. Ut Christi erga Ecclesiam charitas est eminentissimum *ἀγαπᾷ*, ita maritorum debitum est uxores diligere. O viri diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum exposuit tradiditque pro ea, v. 26. ut ipsam Sanctam efficret à se prius mandata baptismi aqua juxta promissionem gratuite in se justificationis & sanctificationis, v. 27. ut sifteret ipse eam sibi gratiosam, id est Ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut quicquam ejusmodi, sed ut esset sancta & inculpata. Quæ

autem v. 25. 26. 27. de Christo eminentissime & archetypicè celebrantur, ea ectypicè & proportionaliter in informatione articulorum fidei, morum, periculorum corporalium aversione, & efformatione ad suam mentem marito incumbunt. *Quintum* *καὶ* extat v. 29. *Sicut & Dominus Ecclesiam diligit* v. 28. *Ad hunc modum debent viri diligere suas uxores, ut sua ipsorum corpora.* 29. *Nemo enim unquam suum ipsius corpus odio habere solet: imò nutrit ac fovet illud.* Ita quinquies Apostolus nuptiarum coelestium sacramentum *μυστήριον* & *ἀρχέτυπον* commendavit fidelibus conjugatis typicis illius mysteriorum. Et ut Dominus & Ecclesia est unum corpus mysticum, sic fideles conjugati, antequam jungerentur, jam unius erant corporis apti ad conjugium, & cum junguntur, copulanturque, tum fiunt unius corporis conjugalis typici: Alias valdè diluta foret omnis Apostoli argumentatio. Atqui in corpore Christi omnia Ecclesiae fidelia membra non ut costam sed ut corpus coëxistere, non allusio Apostoli sed adequatio docet, quā archetypo, aptationem foeminae jam antea creatae, & quoad corpus unā cum viro olim futuro effectae ad conjugium ut derivativum suo primitivo respondisse asserit. Vt enim Christus cum Ecclesiā erat coniunctus corpore mystico ante lapsum eius, per lapsum autem ab eo eiusque corpore dirimebatur, qui fuerat caput eius, idemq; restitutor eius in pristinum statum, ut per

per renovatum spirituale connubium iterum eius fiat vivum & nunquam dirimendum corpus : Ita ambos concreatos fuisse primos homines, postea autem mutuis discerptos lateribus dorsisque in eum finem, ut iterum fierent unum corpus individuum, non quale antea fuerant, non conjugatum, sed in individuo conjugio copulatum. Quod & ipsum retro à typo ad antitypum licet concludi. Ut ambos primò in terris per paucas horas concretos postea discerptos fuisse, ut tantò arētius conviverent centenos aliquot annos : sic Christo quidem Ecclesiam in Adamo & Eva consistentem in statu integritatis & ante lapsum corpore nexam fuisse, per lapsum autem ab eo tanquam suo capite discerptam, per connubium spirituale in profevangelio latens eum sibi Ecclesiam morte & passione suâ tanto cariorum arētius astrinxisse. Ut autem in v. 29. *σαρξ* non per costam, sed corpus omnes explicant utq; v. 23. Christus dicitur & Ecclesiae suae caput, idemque salvator & restitutor *sui corporis* non costae suae : & ut v. 28. uxores non dicuntur virorum costae, sed corpora, ex tot ergò locis apparet, quid & Moyses, & Christus apud Matthaeum & Marcum, & Apostolus Paulus hic & alibi per *ὁ* in corpore Christi & Adam intelligant, non *costam* sanè, sed corpus corpori nexum, tam Ecclesiae nondum lapsae Christo sc. quam Evae jam formatae & creatae nondum itidem lapsae Adamo. Et

quid sibi vult decerptum aut desumptum ali-
 quid ab altero, nisi quod fuerit junctum antea.
 Et quid vult corpus à corpore Christi, aut mem-
 brum ejus corporis, ut v. 30. Apostolus inquit,
 nisi quod non simus adæquatè dicendo costa
 Christi, & p. c. neque Eva Adami costa, sed
 corpus. verba Apostoli sunt. *Quoniam membra
 sumus corporis eius decerpta de carne eius & de
 ossibus eius s. de corpore eius, & artibus ejus.*
 Porro consecutionem eam Apostolus hætenus
 probavit ex quinario paralleli, iam et sextum
 parallelum addit ex Dei in Christum & Eccle-
 siam celesti primum œconomiâ, deinde etiam
 viri et uxoris in terris, & utrumque tam ar-
 chetypum quam ectypum pronunciat esse sin-
 gularia individua conjugata v. 31. desumptum
 ex Gen. 2, 24. *Propterea itidem derelinquet quis-
 que patrem suum ac matrem suam, & firmiter ad-
 hærebit uxori suæ, ut iterum fiant hi duo corpus
 unum.* Ne autem quis mirum putet, quod eun-
 dem versum in archetypam pariter seu primiti-
 vam & ectypam seu derivativam unionem con-
 jugalem interpreter, loquatur pro me ex ea parte,
 ubi dubium est, Tertullianus lib. supra citato de
 exhortatione castitatis. *Cum Apostolus, inquit,
 in Ecclesiam & Christum interpretatur, erunt duo
 in unam carnem.* Petrus item Cynæus de Rep.
 Ebr. l. 3 cap. 8. ubi diversa loca V. T. in N. T.
 exposita ostendit juxta non vulgarem solum sed &
 secretiorem notissimum tamen eruditjs sensum,
 inter

inter alia etiam hunc locum affert. *Etiam in illis verbis quæ extant in c. 2. Gen. agnoscimus Cabalam. Quod enim ibi dicitur, relinquet homo patrem matremque ut adhaereat uxori, ex illo ignotum mortalibus Sacramentum revelat Apostolus in cap. 5. Ep. ad Ephesios. Mystrium hoc magnum est, quod explico de Christo & de Ecclesiâ. Apostolus ergo Moſen intelligit, interpretatur & explicat tam archetypicè quam ectypicè, seu antitypicè & typicè, & hæc verba eum utroque modo intellexisse asserit: 1. contra promiscuam conjunctionem & polygamiam, ut quæ cum non sit in Christo, neque debeat esse in carnaliter conjugatis. 2. contra divortia, ut quemadmodum Christus vivens cum Ecclesia vivente in æternum nullo divortio separatur, ita nec liceat exceptâ causâ adulterii a conjugē conjugem dirimi. Ex quo utroque iterum perspicitur origo legis positivæ divinæ contra utrumque peccatum in V. T. frequens, cum derivatur à cœlesti lege Archetypi conjugii. Positivæ enim leges & institutæ circumstantiæ ac mandata in Sc. S. propriè rem reddunt typicam æterni & cœlestis antitypi. Quod si objiciatur, contra polygamiam non videri hic agi Gen. 2, 24. quod vox *suehem* duo non habeatur in textu: adeoque non solum Ebræi in universum omnes polygamiam licitam statuunt, uti id Cl. Seldenus l. de jure naturali & gentium ostendit; sed & Eusebius Tr. pecul. v, Pr. Ev. 7, 9. & Demonstrationis Evangelicæ*

vangelicæ lib. 1, cap. 9. *Quam ob causam non ut prisci illi, ita nos quoque numerosa soboli operam damus*, eandem defendat: facilis ad ea est responsio. Etenim 1. pl. numerus in *verbis*, *nominibus*, exceptis naturâ geminis & oppositis, ac *pronomini*bus stat etiam pro duali. Ut ergò v. seq. *vajjibju* 3. pl. dicitur de *snehem*, ita hoc v. 24. *haju* de *snehem* sumi potest, præteriti enim & futuri est hic eadem ratio. Gen. 6, 20. *Snajim jabou* per paria venient Gen. 7, 9. *snajim bau* per paria veniebant. Sic & Gen. 7, 15. *De nominibus* exempla sunt. Ex. 25, 19. *Et facito snajim crybim par crabiorum ex auro* Ex. 29, 1. *veelim snajim tmimim*, & par arietum egregiorum v. 38. *cbasim snajim par agnorum* centenaque talia. *Pronomium* exempla sunt. De Androgyno primo homine Gen. 1, 27. *barà otàm* v. 28. *vaibarec otàm*, *vajjomer lahem* Gen. 5, 2. quater *sakar vunegeba braàm*, *vaibarec otam*, *vajjgra* et *smam adam biom bibbaream* Gen. 4, 8. *vaibi bibiotam*, observabat autem occasionem Cain, in esse se & *Habelem* ambos ruri. II. Quia ex contextu vox ea facile subintelligitur, cum dicitur hic v. 24. *is veistò hajù*, *maritus & marita ambo erunt*. III. Quia non potest verbum pluraliter sumi hic loci, cum non dicatur *is unasau*, *maritus & uxores ejus*. IV. quia ex sensu facili LXX suppleverunt *ei duo*, unde in N.T. citatur. v. quia etiam in Græco *ἱσθηται*, non obstante quod dualis ejus exstet, duali applicatur. VI. Quia ex eadem sensus facilitate Chaldaeus metaphrastes Ionatan suum *tartebon* habet. VII. ex

ex eademque Syrus. VIII. & ex eadem Samaritanus codex suum *suebem*. Unde tamen impium fuerit codicem Ebræum statuere corruptum, præsertim cum textus Ebræus minimè eludi nedum facile queat tot causis obstantibus. Utque tandem redeam in viam: præter *Tertullianum* & *Cuneum* ipse Incomparabilis *de dylois Gerhardus* L. C. de Conjugio §. 423. ex Gen. 2, 24. *amoris inter Christum & Ecclesiam* non similitudinem sed *præfigurationem* statuit, uti habet lemma marginale. Cuperem hic §. 423. & 424. exscribere, sed quia hæ pagellæ non destinantur nundinis Francofurtensibus, sed per nuncios publicos mittuntur censoribus, quæso omnes lectores ut & quæ Celeberrimus Gerhardus & quæ pij Patres, quos citat, præsertim Augustinus de formatione sponsæ ex NB. *non costa sed latere* seu corpore nervosissimè deducunt, locum apud se habere sinant. Sic puto satis ex hoc ad Ephesios Apostoli loco evici, Eum Spiritu S. doctum vocem *על* non per *costam* sed *tale* *latus* explicuisse, quod totum corpus notet. XXXI. ut taceam vulgatum ex malè intellectâ LXX. voce *πλευρὰς* *costam* vertisse, cum *latus* debuerit. XXXII. Idem confirmat vox *enēgdō* Gen. 2, 18. 20. Quæ inter alia recte vertitur, *coram Adamo*, quia hætenus à tergo hærebat. *Piscator* v. 18. *quod sit coram ipso, quod cum eo conversetur*. Nam à tergo hærens non ut uxor Adamo conversabatur & v. 20. Heb. *coram ipso* id est, *quod esset coram ipso*: similiter *Mercerus*, *Stephanus*, *Cbald.* *eqabihî*, *quod sit penes eum* ut vertit *Fagius*

Fagius. LXX. κατ'αὐτόν. R. D. qimchi in Lexico. coram eo, & penes eum semper ad obsequium ejus. Ministri, quibus hic judæus uxores comparat, stant quidem à tergo domini, quamdiu nil mandat, sed ad mandatum statim se sistunt oculis ejus. xxxiii. quod si vajjiben ædificavit, Gen. 2, 21. notat creationem Evæ, quare nullibi Deus dicitur vajjiben Adamum marem? xxxiv. Primi duo versus Gen. 5. capituli ostendunt suis phrasibus, quas nemo non de creatione verâ, & non per anticipationem obitanea, ficta, aut apparente intelligit, caput primum Gen. v. 26. 27. 28. de creatione verâ Androgyni loqui, seu non solius viri, sed & feminæ, collatum cum G. 2, 7. non autem demum Gen. 2, 22. versum. Nam quod est 1, 27; vajjibra elohim & baadam, id v. 1. est biom bro elohim Adam, quod est ibi, naasè Adam kidmutenu, hic est bidmut elohim asa oto, quod ibi est, sacar vunegeba bra otam, hic est sacar vunegeba braam. Ibi & hic, vaibarec otam. Et quod ibi (a) dicitur, vajjiqra & smam Adam, destinabatque eos nomine dato esse homines, respicit ad Gen. 1, 26. quando ait, faciamus homines genus humanum, ubi nomine tenus ambos appellat homines. Ex hoc ergo apparet parallelo, ubi propriè agatur de Evæ seu feminæ creatione. xxxv. Legatur Metcerus ad G. 2, 16. præcepitque eis dicens, ex omnis arboris fructu comedere vobis licet libere. inde â, Ceterum hoc præceptum, usque ad, & dominamini bestiis, xii. vicibus eum usum

D7X

(a) pro, ibi, lege; hic.


QUIN ad utrumque pertinere inveniet quisque, adeoq; esse Gen. 1, 26. 27. 28. apparentem non veram anticipationem, ideoque dicendo videtur alicubi, sc. Gen. 2, 22. esse repetitio, quasi novi aliquid describatur, cum precedentia tantum fusius explicentur. xxxvi. Quod autem supra P. Cunctus Gen. 2, 24; post Apostolum agnoscebat Cabalam, eam tota Ecclesia Iudaica credidit, creditque. De quo mysterio s. cabala locuturus Celeberrimus R. Meimonides Morte Nebukim l. 2, c. 30 cautelam præmittit. *Quæ tibi ex præclare dictis Theologorum nostrorum propositurus sum, sunt perfectissima & ordinatissima. Ideo non diu immorabor in expositione illorum, neq; sensum ipsorum explicabo, ne arcanorum fiam revelator.* Primum autem mysterium ex versione Cl. Buxtorffii, qui antiquam interpolavit, ita habet. *Adam & Eva creati fuerunt prorsus unus, & tergis vel dorso conjuncti, postea vero à Deo divisi fuerunt, qui dimidiam illam partem accepit, & fuit Eva, & adducta fuit ad ipsum. Animadvertite quomodo explicetur, quod fuerint certo respectu duo, et certo respectu unum, sicut dicitur os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Quod fuerint certo respectu Duo, id confirmatur ex eo, quod dicitur nomen unum ambobus convenire: vocabitur illa vira, quia ex is viro desumpta est: quod fuerint VNVM, id confirmatur eo quod dicitur, & adhærebit uxori suæ, ut iterum fiant ambo in carnem unam. De mysterio concludit his verbis. Quanta vero est ignorantia illius, qui non intelligit hæc secundum sensum aliquem occultum, (scilicet quem Apostolus*
reve-

revelavit) intelligenda esse. Sic R. Simeon ben jochai f. Iohannis filius in libro Sohar. *Adam & Eva creabantur latere ad latus: quanam est ratio quod non creabantur facie ad faciem?* R. Salomon Iarchi; Aben Esra, & Elias Levita in Lex: Tisbi ad vocem *אדם אחד* *אחד* ex Middras Aggada repetunt, *Primus homo creatus fuit initio duabus personis, faciebus & vultibus, namque creatus fuit mas & femina.* Buxt. op. 30. annorum p. 506 voce *אחד* do vel du, habet ex Talmude Babyl. Tr. Bracot fol. 61, *duas facies creavit Deus in Adamo primo, ut scriptum est ps. 139, & retro & ante formasti me.* Quo eundem locum R. Iohannes trahit in Bresit rabba sect. 8. R. Ieremias f. Eleasari ibidem utitur voce androgyni: idem dicit R. Samuel f. Nachman. Male tamen trahunt Psalmum eò, quo non facit iis verbis, sed ut rectè *Aben Esra*, de restrictione seu limitatione agitur motus hominis, Deo volente ei sæpe contrarià, q. d. me obsides obsidione qf. angusta, ut nequeam aufugere retrorsus vel prorsus, versibus a. 15. & 16. demum agit de singulari cura & providentia Dei circa sui creationem. Philo Iudæus l. π. *απομιμιήσας* ait. *Quando vero facta est mulier, videns mas cognatam speciem et imaginem, cnegdò Ebr. delectabatur spectaculo; ac superveniens amor conjugalis omnino unius animalis duo segmenta ab invicem distantia recolligens, in unum iterum compulavit.* xxxvii. Quin Talmudis compilatores ex Platonis symposio hausisse sua mihi persuadent quæ voces *απομιμιήσας* sũ, quæ utroque extant

extant, apud Platonem ita. *Non erat antiqua (vel prima) hominum natura, qualis nunc est, sed longè diversa, androgynum enim tunc erat & specie & nomine, ex maris & fœminae sexu conjunctum. Erat ergo totus hominis aspectus rotundus, dorsum et latera utrinque habens, manus quatuor, totidemque crura, facies item duas terti cervice connexas. & paulo post. Iupiter consilium cepit, quemque inquit in duas partes disseco. Hæc fatus, bifariam partitus est singulas instar eorum qui ova dividunt, quæ in muria servare volunt (in Geopon. τινες δὲ οἱ αἰγῶν χλαίνας ὑβάζαντες γὰρ δ' ὄρας ἵτω διατηροῦσι τὰ ὄα quod Columella. Alii in muria tepesacta durant ova) Hinc nimirum ex illo tempore mutus hominibus innatus est amor prisca nature conciliator annuens unum ex duobus efficere (Sp. S. dicit, ut fiantambo iterum in carnem unam) hominumque nature mederi. Est igitur quisque nostrum primi hominis collatum latus & quasi dimidium, velut dissectus, ut illi pisciculi, qui psetta vocantur scissi ex uno efficiuntur duo. xxxiix. Quæ ipsa Platonis verba Iosephus Pamphili Præp. Evang. l. 12. cap. 12, affert, ut doceat, ab utroque, Mose scilicet & Platone doceri, mulierem ex viro sumptam esse, ut lemma capitis habet: quomodo ille tantus Græcus Pater, qui sub Constantino Magno in Synodo Nicena patrum iussu Symbolum Nicenum scripsit, Platonis sententiam approbans Iudaicam hæctenus dictam fabulam ex primo, 2. 3. & 5. Geneseos capitibus demonstratam confirmat. xxxix. Accedit quod in Antiquitate Romana*

Romanâ eam sententiam non fuisse ignotam, Ianus bifrons videatur fidem facere, quem alii ad Noam accommodant. XL. Agmen rationum claudat recensio quorundam nostri ævi scriptorum, qui mecum idem sentiunt et senserunt. Eugubinus in cosmopœia. Pererius id indicat p. 150. n. 180. Cajetanus item. *Pererius* p. 153. n. 209. Corn. à Lapide ad Gen. 1, 27. *Hinc novator quidam in Francia nuper asseruit, Adamum creatum esse Hermaphroditum, fuisseque eum tam fœminam quam masculum.* Mercerus suo quoque tempore habuit, quibus hoc commentum Judaicum placuit. Itemque alios fuisse apparet ex *Senensi* Bibl. S. lib. 5. cap. 45. Cl. D. Radulfus Cudworthus Anglus 1642. 4. Lond. pro Androgyno Mosis Tractatum Eruditissimum Anglicè edidit. Et tantum hoc tempore de Androgyno Mosis. Concludo cum *Augustino* lib. 1. de Trin. cap. 2. & 3. *Non pigebit me, sicubi bareo, querere; nec pudebit, sicubi erro, discere. Proinde quisquis hæc legit, ubi pariter certus est, pergat mecum; ubi pariter hesitat, querat mecum; ubi errorem suum cognoscit, redeat ad me; ubi meum, revocet me. Ita ingrediamur simul veritatis viam, tendentes ad eum de quo dictum est, querite faciem ejus semper. Valet in Domino. Dabam Vpsalia 28. Martii 1665.*

COM-



I
EPISTOLA.
GOTHOFR. THOMASIVS
Chriff. Gottlib. Schuuarzio.

Vir Excellentissime,



Vod nuper abs Te rogavi, ut ad-
finem meum a triuijalis studiis
ad artes seueriores procedentem
in disciplinam Tuam ac clien-
telam reciperes, id nunc denuo
modis omnibus abs Te con-
ten-

Commere, Epist. P.II,

A

ten-

tendo morosus ac importunus flagitator. Ea enim est uis humanitatis Tuæ, ut sine circuitu aut ambagibus desideria mea apud Te exponam liberius, neque despondeam animum, Te mei causa hanc provinciam suscepturum haud prorsus illubenter, cum nihil sit quantumuis arduum ac difficile, quod Tuam in gratiam non sim cupide et pro uirium mearum tenuitate mascule adgressurus. Igitur si commodum Tibi esset, locum in contubernio Tuo a Scambergii decessu uacuum huic nostro designare, magnum profecto ea res apud me ac necessarios excitatura esset gaudium; et hic quidem ipse, auidus auræ Academicæ captator, statim, ubi iusseris, ad subsellia et institutionem Tuam est conuolaturus. Quod si itaque tribus duntaxat uerbis de sententia ac nutu Tuo certior factus fuero, operam sum mox daturus, ut pactis quibuscunque Tibi placuerit conditionibus res hæc mature perficiatur. De iis, quæ in patria gerantur, dudum est, quod nihil percepi. Aiunt, optimum nostrum maximumque Olearium Ittigio ante terminum, ut speramus, defuncto in munere Ecclesiastico successurum. Quam exultabo., ubi euenerint sapientissime destinata, boni publici causa, ringentibus nec quidquam et plorantibus Nephelococcygianis ceterisque pietatis ac melioris doctrinae profligatoribus. Edita sunt proxime summa historiae de secta, quam uocant, pietaticultrice, capita. Ex Buddeanis scholis profecta, multa sunt, quæ suadent. Sed *παρρησία* cum

cum primis et aequitate iudicii sese commendant. Quos tamen gemitus, quae suspiria Dresanus epopta, una cum contribulibus, carnificinae istius innocentium conditoribus, eam ob rem sit profusus, pronum est nobis hario-
lari. Felix, qui e turba ardentissimorum hominum semotus de longinquo spectat ista certamina, nullos habitura triumphos, et odii pariter atque invidiae expers Deo uni servire studet, uitamque exigit pacatam et tranquillam, rei etiam publicae et ciuium saluti proficuum. Sed haec quidem de his haecenus. Te quaeso rursum ac obtestor, Virorum honoratissime, ne grauius feras ἀδολασχίαν meam, commune nostri ordinis hominibus uitium, utque de iis, quae Te rogavi, gratam mox responsionem significes, iterum iterumque rogito, et quantum est in me contendo. Vale mea suauitas, et me ama.

Excellentissimo Nomini Tuo
Nuremb. a. d. XXI Maii
MDCCX.

deuotus omni studio atque cultu
G. Thomafius

II.

C. G. SCHVVARZIVS
Godefrido Thomasio.

Vir Excellentissime Experientissimeque,
Patrone Optime!

Incredibilem mihi uoluptatem attulerunt literae
Tuae. Id quod eo minus uulgari usitataque

Λ λ

scri-

scribendi formula me Tibi asseuerare credas, quo maior et inusitatio tua est in me benevolentia atque humanitas. Qua quanquam nihil prius antiquiusque habeo, neque tamen cum tua modestia, tum mei ingenii imbecillitas permittit, ut unquam debitum ei praecomium deferre possim. Interim cum lubens profitear, me Tibi perquam multis iam nominibus deuinctum esse; mihi non potest non iucundissimum accidere, sicubi occasionem grati animi quocunque modo declarandi nanciscar. Itaque tantum abest, ut defugiam istas partes, quas mihi iniungis, ut nouae gratiae beneficiique lota habeam; quod Affinem Tuum meae fidei atque curae in hac Academia concredere nihil dubites. Quamobrem, uti plane confido, Hoegerum istum, qui Vos necessitudine quadam attingit, et literarum amorem et morum probitatem ad nos allaturum; ita quibuscunque potero amoris officiique significationibus eum complectar, eidemque uel Tui causa me et mea omnia ingenue atque ex animo deferam. Schambergius equidem ante Academiae nostrae sollennia Petro-Paullina hinc non discedet; est tamen, si ita Vobis uisum fuerit, ubi Hoegerus interea in nostris aedibus museo pariter atque conuictu uti possit. Pro conuictu singulis hebdomadibus numus Imperialis (quem Thalerum uocant;) pro habitatione autem quotannis octo solui solent. Quibus de rebus plura fortasse coram, cum feriis dñi spiritus honori sacris Tui adeundi copia mihi dabitur.

Id

Id unicum adhuc significandum duco, novas scholas ante istas ferias haud facile apud nos aperiri solere; nihilominus tamen nouo Academico interea suppeditari possunt, ne interea nihil agat. Lipsia ad me allatum est, Antistitis partes Dornfeldio commissas esse, cuius filia haud ita pridem Wincklero cuidam nupsit. Olearius noster retulit beneficium sacrum, quod ex Ecclesia Cathedrali Misnenensi procedit. Munus Professoris Theologi uel Gunthero, uel Boernerio, si quidem is uelit, delatum iri aiunt. Festinatio iubet, ut epistolae huic finem nunc imponam. Vale.

III.

G. THOMASIVS

C. G. Schubarzio.

Vir Excellentissime.

Facis tu semper pro amoris in me Tui exuperantia, ut leuissimis, qualia abs mea exiguitate persolui possunt, officiis pretium ponas longe maximum, et pene inuidendum. Faciam ego uicissim, quod mearum est partium, nunquam facile quidquam intermissurus eorum, quibus optatissimum hunc mihi affectum mereri queam, atque id daturus unice operam, ut intelligas, tametsi uerborum nitore atque elegantia certare tecum minime ausim, re tamen ipsa et studiis, sicuti hactenus facere sum conatus, paria semper facitaturum.

Vtinam essent inter libellos meos, qui Musis
Tuis alicui possint esse usui, Tibi sane uten-
dos fruendos committerem lubentius, saltem uti
certamini illos eripiam, quod perpetuum illis
magno meo malo, cum blattis ac tineis cum-
que pulueris eruditi squalore geritur. Pro lu-
culento panegyrico, quo sacratissimis Augusti
manibus parentasti, gratias Tibi ago habeo-
que longe maximas. Dici non potest, quan-
tam ex eius lectione suauitatem animus perce-
perit, adeo omnia riuuli amoenissimi in mo-
rem leniter placideque decurrunt, oratione gra-
ui, numerosa, adstricta sententiis, quae affe-
ctus non uiolenta quadam ratione cogat, sed
dulcedine sua moueat, et, ut uerbo complectar,
prorsus ad eum dicendi modulum, qualis in
lugubri sermone cumprimis requiritur, attem-
perata. Responsum iam diu fuisset amantis-
simis, quas Gnospius ad me ante sex septem heb-
domadas Seruesta dedit, literis, siquidem an
ibi et cuiusnam in domicilio haereat, certo re-
scire daretur. Orationes, quas pro Lunigio
expetis, uariorum gratulatorias, triuisse olim
memini; in curtae tamen meae supellectilis
penuario, tametsi requisitas cum cura, inueni
nullas. Sub manum tamen, dum isthaec egi,
uenere nonnulla, quae ad eam rem forte fa-
cerent, si instituti illius ratio pateret, uel in-
dex saltem orationum, quas est in publicum
editurus, ciuiliū mecum communicaretur.
In quibus si prisca cumprimis et beati illius
ab institutione literarum temporis rationem
fit

fit habiturus, rectius id fore existimauerim, quam si recentioris, quo uiuimus, aevi monumenta sine delectu corrasa & coaceruata protrudat. Vidistine, mea Suauitas, in Manzianae, quae nunc proxime apud Belgas sub hastam ueniet, Bibliothecae catalogo Poetas Graecos Christianos una cum Homericis centonibus Lutetiae editos MDCIX? Ego nunquam huiusmodi quidquam memini uidisse, sed felici ingenii Tui cura emendatos adornatosque expecto aliquando et mecum auide praestolatur literarum illa, quae solertiae Tuae iam multa debet, et plurima porro debebit, Res publica. Cuius in ornamentum et decus ut pergas crescere et partam insigni doctrina nomini famam meritorum & factorum amplitudine tuare, meque redames, Tui semper amantissimum, uoti mei summa est. Vale. Nurembergae a. d. xix. Octobris c161ccxii.

Excellentissimo Celeberrimoque Nomini
Tuo

fide ac officiis deuotissimus
G. Thomasius.

IV.

IDEM EIDEM.

Vir Excellentissime.

Tamet si probe sciam, eum esse crudissimi uulneris, quod ex funesto uxoris amantissimae obitu inflictum est Tibi, dolorem et

A 4

cru-

cruciatum, qui lenimenta non facile admittat; nolui tamen officio hac in re deesse meo, cuius omnino rationes in eo versantur, ut quem in laetis ac prosperis Tecum habui communem gaudii sensum, eundem nunc Te in miseriam et squalorem deiecto, ad capiendam immanis Tui luctus partem adhibeam, quae et complangendi et scribendi hanc imposuit necessitatem. Quod dum facio, maiorem in modum Te rogo atque obtestor, statuas eos dolori fines ac terminos, quos Christianae pietati concessit supremus factorum arbiter, ne, dum excessum comparis luges insolabiliter, ualitudinis, quam ex intemperantia studiorum satis novi teneram atque accisam, facias iacturam, unde damnum Musis emergeret irreparabile. Deus suorum perfugium, Te in his aerumnis respiciat et labantem erigat, eaque praestet solatia, quae firma sint et omnem cum tempore ex animo eiiciant aegritudinem. Vale *καὶ φίλτατον*, et ut ualere possis, cogita quaeso, modum esse ponendum sollicitudini. Vale iterum iterumque.

Excellentissimo Nomini Tuo

Nuremb. a. d. iv. kal. Decemb.
c160ccxii.

addictus omni fide ac officio

G. Thomasius,

V.

V.

IDEM EIDEM.

Vir Excellentissime,

Amicorum ac Fautorum longe aestimatissime
et cumprimis suspiciende.

Cum nihil mihi sit unquam carius eruditorum
et ad saeculi decus natorum hominum
commercio, tum uero Tua prae ceteris con-
suetudo mirum in modum me delectat, et in
pretio est, qua saepenumero sum recreatus,
cum differentem et de rebus ad communia stu-
dia attinentibus copiose dicentem audiui, et
subinde etiam literis, ad perfectissimam omnis
elegantiae normam scriptis, omnem ex animo
meo, curarum et negotiorum mole depresso,
sentio depelli aegritudinem. Nunc etiam prae-
claro Al. Nouarini opere meam epistolarum col-
lectionem reddis auctiorem et splendorem con-
cilias gemma late praefulgente ceteris, quae
seruo, *κειμήλιis* superaddita. Pro quo insigni
sane Tui in me amoris et affectus singularis
monimento gratias liberalitati Tuae ago habeo-
que, quas decet, ingentes scilicet eas et nun-
quam perituras, relaturus quoque lubentissime,
ubi tulerit occasio omni studio ac sollicitudine
anquirenda. Quam aegre est animo meo,
quod ad manus non sit eruditissima Sponii de
antiquitatibus urbis Lugdunensis commentatio,
quam abs amico in uicina degente acceptam
olim cum suauitatis sensu eximio nec minore

A 5

men-

mentis huiusmodi deliciis mire inhiantis fructu legisse memini. Ad eum proxime hac de re sum perscripturus, ut exigam Tuos, Vir celeberrime, in usus, ad foceri aedes, quum primum accepero, ferendum. Vale athleticce, meum decus, nisi pancratice malis. Iterum uale iterumque, immo uero, ne modum Tibi potuisse uideri queam, toties quoties.

Excellentissimo Nomini Tuo
Nuremb. a. d. xxiv. Iannuar.
c1610ccxiv.

omni studio ac fide
addictissimus
G. Thomasius

VI.

IDEM EIDEM.

Vir multis nominibus Excellentissime, mihique cumprimis suspiciende.

Mercerium de conscribendo epigrammate factum tectum recepi, cuius in locum ut Benteleii Horatius forulos tuos subeat, per Colerum nostrum curavi. Forte ad illustrandam poetarum Cyclicorum historiam eius Tibi usus erit, qui ut breui dias in luminis auras prodeant, boni mecum omnes et exquisitoris literaturae amantes peroptant. In explicanda lapilli mei inscriptione acu rem tetigisse existimo, nisi quod pro Servio Ventrione, mallet ad Sergiam. tribum id. nominis referri, quod in aliis apud Col-

Collectores huiusmodi monumentorum usu uenisse facile uidebis. Primam Luciam Morelius heu quondam meus in hac palæstra diribitor libertam uolebat. Sereniss. Princeps du Ligne Lusitaniæ Regis ad aulam Imp. legatus, qui haut ita pridem Venetiis supremum diem obiit, primam Legionem interpretabatur, quæ satis uidetur probabilis sententia. Quæ mea sit hac de re sententia, malim coram explicare, quam tot inter perturbationum impedimenta incerta hæriolatione attingere. De loco publico sepulcris præclare de Rep. merentium adsignato res sane certa et expedita. Mihi saltem formæ lapilli minuti characteresque non incisi, uti in ceteris, sed extantes et eminentes, nescio quid inusitati et notari adprime digni alere uidentur; cum nusquam alias huiusmodi inscriptiunculam oculis meis uiderim neque acceperim fando. Tibi si quid forte obueniat, Vir Excellentissime, ualde me relatu isthoc beabis. Vale cum Familia fulgentissima, et mihi rebusque meis porro faue.

Excellentissimo atque immortalī Nomini
Tuo

Nuremb. ὡς τάχιστα a. d. xvi Iun.
c160ccxiv.

sumnopere deuotus amore
atque officiis

G. Thomasius.

VII.

VII.

IDEM EIDEM

QVod unum possum, Mediobarbi Caesares ad Te heic mitto, Bulengeri etiam librum prompto paratoque ad nutus officio Tibi missurus, nisi carerem ipse hoc et plerisque aliis uiri eruditi operibus. Vides quam sint tenues et minuti fructus amoris studique, quo uirtutes Tuas prosequor; quibus tamen augendis et in cumulum aceruandis eximius iste fauor ac beneuolentia, qua me meaque complecteris, mira optimaeque ratione operabitur. Hunc ego fauorem mihi perpetuum opto, et ut seruem, omnibus modis omni studio sum annisurus. Vale, mea suauitas, ac me ama.

VIII.

IDEM EIDEM.

Vir Excellentissime.

Nihil amabilius literis tuis bene mihi cupientis animi indicibus, Quem uti serues mihi perpetuo intemeratum, omnibus modis abs Te peto atque contendo, pluribus Tecum acturus de iis, quae ad studia Ogerii nostri pertinent, ubi feriis proximis Te heic sum amplexurus. Insertas hisce frater Lipsia ad Te curandas mittit. Ex cuius literis didici, Rastrimontani Ascanio supremos doctrinae in utroque iure honores a Patribus ac Antecessoribus Halensis

Aca-

Academiae iam destinatos, Litigio successorem datum Spinofam, Cura ut ualeas, mea suauitas, et me ama.

Excellentissimo Nomini Tuo

Nuremb. prid. kal. lun.

ὡς τὰ χίστα

insolubili nexu amoris ac
fidei deuinctissimus

G. Thomasius.

IX.

IDEM EIDEM.

Dicite io paeon et io bis dicite paeon!

Decidit in casses praeda petita meos.

Parum abest, quin *εὐφρα* exclamassem; sed commodum incidit, neque in balineis me sessitare, nec esse hecatomben ad manus, si forsan in animum inducerem, opportunitatem mei inuenti solemni caerimonia celebrare. Vides, carissime rerum, quam sim Tui causa plenus gaudio, immo et mei, ne in suspicionem ueniam negligentius acti officii. Id quaeso Te prorsus habeas persuasum, nunquam quidquam apud me intermissum iri eorum, quae grata Tibi acceptaque fore intellexero. Quod uti saepius accidat, ex uoti mei et codicilli huius summa est. Vale.

P. S.

Non satis recordor, an gratias bonitati Tuae iam egerim pro transmissis nuper schediasmatibus,

bus, quorum alterum doloris sensum, quem ex acerbo filioli incomparabilis obitu percepi-
sti, mihi pariter resuscitavit; alterum solatia
praestitit sane efficacia, ac Tibi etiam, si pateris,
ingerenda. Quid enim? ex tot aureolis scriptis,
quibus orbem haecenus beasti literarium, num-
ne uides Nominis Tui perennitatem ita iam
esse constabilitam, ut nulla unquam ei fieri
queat accessio ex sobolis, etiam numerosissi-
mae, meritis? Luctum igitur cohibe, si me,
si Tuos amas, et flebili fatorum edicto non
aliam nisi hanc scriptionem in tumulo ponen-
dam reputa:

SVARCIVS NON HABET
PAREM
NEC HABEBIT.

X.

IDEM EIDEM.

Vir Excellentissime,

Literas haec habes a fratre, quas dum serius
mitto in confusanea haec recularum mearum
turbela nescio quem in angulum reiectas, cun-
ctationis ac morae ueniam abs Te mihi expe-
cto, nouumque ut mihi, immo Celeberrimo
potius Ern. Sal. Cypriano, beneficium tribuas,
impense flagito. Orationem Tuam ille Iubilarem
requirit, Professorumque eo anno docentium
seriem, codicillo lectionum ac recitationum
publicarum indice comprehensam. Quibus si
bina

bina ternaue programmatis nuper in funere B. Gerhardi promulgati exempla adieceris, magnus profecto maximorum Tuorum erga me meritorum accedet cumulus. Vale, mea suauitas, ac me ama.

Celeberrimo Nomini Tuo

Nuremb. a. d. VIII Sept.

clolcccxviii

omni studio officiisque addictissimus

G. Thomasius

Plurimam ab Vxore

Tulliolaque salutem.

XI.

C. G. SCHVVARZIVS

G. Thomasio.

Vir Excellentissime, Patrone uenerande,

Siquis alius, ego certe Tuæ benignitatis fauorisque luculentissima circumfero documenta. Quemadmodum enim ipse recondita eruditione Tua maximum decus lumenque affers orbi erudito; ita Te ad excitanda et iuuanda aliorum ingenia natum iam dudum probasti. Nouo igitur merito etiam me Tibi deuinxisti, cum haud grauius sis, ex locupletissima Bibliotheca Tua iterum libros prorsus eximios mihi commodare. Grata eos mente propediem remissurus sum, qui nihil magis in uotis habeo, quam ut obseruantiae erga Te meae cultusque rationes quacunque occasione Tibi approbare possim. Quia uero in Gautelerii libro
de

de pontibus animaduerti, Liliū, Gallicū quendam scriptorem et historiographum Regiū, de ponte Traiani non nihil iam commentatum esse; Tu certe, Vir Excellentissime, nouo me beneficio cumulaueris. si qua ratione istam commentationem inuestigare mihi que procurare potueris. Quicquid in eam rem sumtum feceris, lubentissime promptissimeque persoluam. Ita uero Gautelerius, ubi mentionem de ponte Traiani paucis iniecerat, scribit: *Voici l'inscription, qu'on a trouvée de ce superbe Pont:*

Providentia Augusti: &c.

C'est ainsi, que j'ai trouvé cette inscription dans un auteur Italien. En voici sa correction, suivant l'avis de Monsieur Lisle, Historiographe du Roi, qui a examiné cet ouvrage &c. Ceterum mitto nunc programma funebre B. Gerhardo nostro scriptum, itemque designationem acroasium publicarum. Addidi et carmen meum saeculare nunc eo tantum consilio, ut, si tantillum Tibi temporis superfuerit, perlegere et ad limam reuocare haud graueris. Postea uero hoc exemplum, quod mihi nunc unicum est, describendum et Celeberrimo Cypriano transmittendum curabo. Vxor mea et filiola, quae Dei bonitas est, meliuscule se habere incipiunt. Sed profecto piget, me nescire, quemadmodum Tibi, Patrone Optime, gratias referam, quod uxori, male habenti, Tuam operam tam prompte benigneque Norimbergae nuper addixisti. Interim precor, ut tenue maioris debiti pignus, quod

quod huic schedulae adieci, ne spernas; et potius illa eximia beneuolentia Tua complecti pergas

Excellentissimi Nominis Tui

cultorem obseruantissimum

C. G. Schuuarzium

XII.

IDEM I. FR. OLEARIO.

Vir Nobillissime, Consultissime et Excellentissime,

Cum his diebus redirem Norimberga, incidi in litteras Tuas mihi multo gratissimas. Ex his cognoui desiderium institutumque D. D. Dinc-
leri, quod sane est honestissimum, cui, uel Tua
caussa, me omni opera affuturum Tibi persuasum
habeas. Sed ne uidear, ut ille ait, magno
promissor hiatu, pro mea fide atque candore
paucis rem exponam. Sunt nimirum praeter
consuetudinem nunc haud pauci, qui munus
Professoris Iuridici apud nos uacuefactum pren-
fant. In his sunt et ipsi Norimbergenses, et
Professorum filii, iique tum speciminibus iuris-
prudentiae editis, tum docenda iuuentute spe-
ctati. Sunt praeterea et quidam alii, qui iam
in academiis aliis iura extra ordinem profiten-
tur. Sed illud testimonium, quod D. D. Dinc-
lero tribuisti, non certe nullius momenti
futurum crederem; quia illustres academiae
nostrae Curatores iam eum maxime doctorem
Commerc. Epist. P. II. B quae-

quaerunt, qui, uti loquimur, neque mere theō-
reticus, neque mere practicus sit. Quapro-
pter si D. D. Dincklero aliquid tentandum ui-
deatur, suaderem, ut antea quamprimum iD.
D. Rinckii nostri et D. D. Thomasiai, qui No-
rimbergae est, consilia expeteret. Nolim enim
immisceri rebus, quae ad alium Ordinem, siue
Facultatem, magis spectant. Adhaec nescio,
an non exemplum honoratissimi Fratris Tui,
quem plurima impertior salute, Curatoribus
academiae nostrae in memoriam reuocetur;
quoniam tunc, cum ipsi iam philosophicam
decreuissent cathedram, expectatione sua exci-
debant. Interim uero, proxima occasione op-
portuno tempore et loco Tuae commendatio-
nis, quam D. Dincklero tribuisti, memor ero,
et postea, si aliunde non nihil spei ipsi fuerit
allatum, eidem omni, quo possum, studio ade-
ro. Quod de uacuo apud Vos doctoris loco
scribis, opto ut tantae academiae propediem
dignus contingat, qui nouum ei decus conci-
liet. Haud ita pridem a Venerando Pritio litte-
ras accepi; sed eius rei nullam prorsus iniecit
mentionem. Nos hic quantulacunque sorte no-
stra contenti uiuimus. Amplissimae Familiae
Vestrae omne prosperitatis genus apprecor, ei-
que meam obseruantiam constare omni ratio-
ne cupio. Vale. Scrib. Altorfii 1718.

XIII.

C. G. SCHVVARZIVS

God. Thomasio.

VIR EXCELLENTISSIME,

Ea iam dudum inusitatae humanitati Tuae debeo, quae, quantumvis maxime cupiam, dissolvere nunquam potero. Nihilominus insignis Tuae erga me benevolentiae documenta denuo cumulasti, cum exigua carmina mea inuidendo prorsus elogio ornaris commendarisque, ab editore scilicet et bibliopola intempestive sollicitatus, quorum intererat, ne uino inuendibili nulla appenderetur hedera. Quo magis autem ipse intelligo, tantas laudes in uersiculos meos, parum apte corrafas, neuiquam conuenire; eo opportuniori fato peccatorem operarum typographicarum accidisse credo, ut eas non tam mihi, quam alii cuiunque VARCIO, uel SVARCIO, (uti amicus quidam per iocum dixit,) a suis arcendis sic appellato, tribuisse uidearis. Vtunque est, ego tam luculentum propensissimae Tuae erga me uoluntatis indicium grata mente agnosco, nihilque magis in uotis habeo, quam ut tandem aliquando nonnullam nanciscar occasionem obseruantiae meae pietatisque aeternae TIBI quomodocunque approbandae. Etsi au-

tem diu suspensas habui rationes, an libellum istum, qui uelut publicum temeritatis meae testimonium mihi ipsi non nisi ruborem excutere potest, conspectui Tuo committerem; modestiam tamen uicit tandem audacia, adeoque foetum inuita Minerua exclusum iam Tibi iudicioque Tuo subiicio, enixe rogitans, ut, pro summa bonitate Tua, omnia in meliorem partem interpreteris, aliisque excuses, et ingenii animique mei imbecillitatem, ceterosque naeuos, non tam aliis, ut par erat, deridendos exponas; quam mihi, si quidem fieri potest, corrigendos emendandosque perbenigne ostendas. Dici enim non potest, PATRONE VENERANDE, quantam semper fiduciam, quantumque studiorum meorum praesidium, in Tuo fauore Tuaque commendatione, collocarim. Quod reliquum est, Tecum adhuc deflerem mortem illustris et nunc desideratissimi FRATRIS TVI; si, quod Secundus de Virginio suo recte dixit, fas sit aut flere, aut omnino mortem uocare, qua tanti uiri mortalitas magis finita, quam uita, est. Neque enim ille immature ex hac uita ad coelestia gaudia euocatus dici potest, qui plenus annis honoribusque, et maximorum meritorum multitudine grauis, obiit, immortalemque nominis sui gloriam iam dudum in tuto collocauit. DEVM potius aeternum precor, ut TE, VIR SVMME, adhuc quam diutissime sospitem saluumque his terris indulgeat et TIBI TVISque omnem, quae uotis expeti pot-

potest, felicitatem uolens propitius impertiatur.
Vale.

INCLVTI NOMINIS TVI,
VIR EXCELLENTISSIME,

1728, mense Nouembri,

cultor perpetuus,
C. G. Schuuarzius,

XIII.

G. THOMASIVS

C. G. Schuuarzio,

Vir Excellentissime,

Verficulos meos, non inuita quidem, sed
effoeta magis ac sterili Minerua nuper in
carminum Tuorum opus luculentum scriptos
quod tam beneuole susceperis, ut gratias etiam
nunc pro re nauci agas, magnus utique Tuo-
rum erga me meritorum accessit cumulus.
Quae de VARCIO refers, aenigma erant, ante-
quam librum inspicerem, quod ubi factum,
adeo me sentiebam percussam indignatione in
typothetae proteruiam, (neque enim aliunde
uenisse scelus, erat mihi credibile) ut Angilber-
tum confestim adirem, de graui in Tuum pa-
riter ac meum nomen collata iniuria serio ex-
postulaturus; qui uero subridens obiurgationi
meae, sancte asserebat, paginae modis tam
propudiosis deturpatae, nihil prorsus ad extero-

B 3

ruma

rum tabernas peruenisse, aliis mox impressis exemplis, flagitii expertibus, ex quibus unum offerebat, quod elegantissimo donario Tuo, rescisso altero, infererem. Quidquid sit huius, solatia demum cepi, ubi Magni Erasmi subiit recordatio, cuius bilem maiori etiam ac prorsus detestabili facinore commotam nosti in dedicatoria, nescio cuius opusculi, (de uxore puto Christiana) ad Mariam Pannoniae Reginam scripta epistola. Amici iocum SVARCII nomen ex Latio ducentis nihil moror. Utinam esset maior eorum copia, qui Herculis Coprophori, immo Alexiterii magis, personam sustinentes conatu utique laudabili

Ignauum porcos pecus a praefepibus arcent Pieriis!

Neque uero minus graue fuit uidere hunc ingenii mei fatiscientis abortum aliqua sui parte truncatum in lucem produsse. Plura enim XX. disticha recordor effusa ac nisi me fallunt omnia ubi Francio Broukhufioque Te comitem iunxeram, haec scripta erat, saltem huiusmodi clausula:

- - - - - censu

Ingenii haud poteras nobiliore frui.

Sed de his quidem ac similibus copiosius loquendi erit occasio, ubi proxime, spero, in urbe amplexus Tui fiet copia. Interea pro exasciatissimi, et omnibus, quae in lucem posuisti, librorum ornamentis condecorati operis munere insignes liberalitati Tuae, Vir Magnifice,

fice, ago habeoque gratias, pari libenter perrelaturus, nisi me ex Musarum cohorte penitus seclusum in pitrinum clinicum fors detulisset, quod nocte pariter ac interdiu uersans, nihil amplius praeterquam formulas scribo medicamentarias. Lucium, quem ex optimi desideratissimique fratris obitu cepi, opido solatur Tua, Amicorum integerrime, sympathia, minuitque moerores, ut perpetuam Tibi florentissimaeque familiae comprecatus prosperitatem nunc etiam audeam chelyn Tuam, qua nihil esse possit gratius Mnemosynae, Musarum altrici, fidentius sollicitare ad lessum, ubi funebria fratris in publicum intra semestre uel serius prodibunt, concinendam. Rogavi nuper Carbonarium nostrum, pectus candidissimum, ut Patres Academiae conscriptos, quotquot ex hisce fauore suo defunctum sunt dignati, oret meo familiaeque desolatissimae nomine, idque ab iis amoris ac fauentiae officium comiter ac demisse exigat. Pyridion etiam acutissimus Philosophorum easdem a me preces tulit, cum Simplicii in Stagiritam commentarios nuper mitterem. Si putas, φίλτατον κάβα, opus esse, ut ipse literularum nonnihil scribam ad Academicos, nulla erit in me mora, monentique morigerum me praestabo ac dicto cumprimis audientem, ubi uerbulo indicaueris animi Tui hac de re sententiam et consilium. Quod superest, Tibi, fauitorum Primicerie, me meosque semper esse cupio gratos acceptosque et modis omnibus commendatissimos. Dab.

B 4

Nuremb.

Nuremb. a. d. xv. Nouembr. An. Aer. Christ.
elcclcccxxviii.

Excellentissimo Celeberrimoque Nomini
Tuo

perenni fide officiisque
addictissimus

G. Thomafius

XV.

IDEM EIDEM.

Vr Excellētissime,

Annum, quem haud ita pridem ingressi sumus,
ex ueteri formula, faustum, felicem atque
fortunatum Tibi Tuisque ex animo adprecatus
sollemnem mihi in scribendo moram pariter de-
precor. Nosti pistrinum, quod mihi dies no-
ctesque uersandum est, clinicum, eoque magis
ad ueniam, spero, pronus eris lentulitati meae
indulgendam. Panegyricos, quos memoras,
ueteres a Cuspiniano editos frustra iam aliquo-
ties requisui in pluteis meis, nec subit recor-
datio, cum mihi unquam codicem fuisse ad
manus. Neque in Fabricii bibliotheca latina
quidquam huius extare uideo. Dubius igitur,
quo me uertam, quibusue in latibulis inuesti-
gem, Te quaeso, mea Suauitas, indicinam uti
facias, si forte me oculatior fueris, qua forma
codex Tibi comparuerit, alteri fortasse adpactus,
quod me nunc fugit, ad alia, quod non nescis,
omnia

omnia continuo distractissimum. Operae tamen, rigentibus ab insolito frigore manibus, exactae, non plane nullum tuli pretium, biga scilicet reperta editionum panegyrici Pliniani epistolis adiuncti, quarum una Anno 1515 impressa Florentiae sumptu Phil. Iuntae, altera Lugduni prodiit 1531, ex officina Seb. Gryphii; utraque chartis constat octoptychis, in quo dicerent typographorum pueri. Eas, si aliunde interim haud acceperis, proxime sum missurus. Nunc strenulam Tibi habe Frobenianam, quam uides, panegyricorum editionem a B. Rhenano, quod recte es hariolatus, curatam. Hoc enim libello de meis auulso non deficit alter. Quod si alia forte sint, in quibus operam Tibi meam non incommodam fore censeas, impetra quaelo homini ad nutus etiam Tuos obtemperantissimo.

Libenter hoc, ut omne, militabitur

Bellum in Tuae spem gratiae.

Vale amicorum aestumatissime, ac me porro, quod facis, ama. Iterum uale.

Excellentissimo Nomini Tuo

Nuremb. a. d. x. Ianuar.

1729.

fide sincera omnibusque officiis
addictissimus

G. Thomasius.

B 5

XVI.

XVI.

C. G. SCHVVARZIVS

Godefrido Thomasio,

Vir Excellentissime,

Nimis benignus et liberalis es, qui, cum ego non nisi unum alterumue exemplar Panegyricorum ueterum in brevis temporis usum modeste a Te petissem, mihi eos ipsos Panegyricos a Rhenano editos dono obtulisti. Non certe ego is sum, qui rogando ita Tibi molestus esse uelim. Itaque hoc unum rogo, ut qualiscunque hostimenti loco exiguum numum, quem fasciculo huic addidi, recipere digneris. Eosdem Panegyricos a Cuspiniano editos in Tua Tibi bibliotheca iam non occurrere, maiorem in modum doleo. Eorum enim exemplar uti una cum Rhenani editione ante hos decem circiter annos, mihi beneuole commodaueras, ita ego utrumque librum tunc gratissima mente Tibi restitui; neque eo tempore, nisi Panegyricum Latini Pacati cum editione Liuiinei contuleram; in cuius rei documentum Tibi nunc mitto Liuineium, qui quidem etiam Cuspiniano usus est, sed parum diligenter. Eundem Cuspinianum in recenti editione etiam laudauit Vincentius Patarol, Venetus, quo curante nuper meae qualescunque obseruationes ad Latinum Pacatum scriptae, nouae Panegyricorum editioni Venetiis sunt ad-

adiectae. Hoc scio, Tuum Cuspiniani librum fuisse forma quarti ordinis; utrum uero eidem alius liber agglutinator fuerit, nec ne, id quidem recordari non possum. Nihil autem dubito, quin hunc librum tandem in pluteis Tuis sis reperturus, nisi, quae Tua est in libris donandis prodigentia, eundem alii miseris muneris. Interim maiorem in modum me Tibi deuincies, Patrone Optime, si Iuntae Gryphii-que editiones, de quibus nuper scripsisti, mihi saltem in quatuordecim dierum usum mutuas dare ne graueris. Neque opus est, ut eis simul addas literas; cum non nesciam, quibus negotiis impedimentisque distringaris. Cum uero constet, quam insigniter diuus Parens Tuus de illustrandis Plinii epistolis fuerit promeritus, uix dubium est, quin idem etiam ad explicandum eiusdem scriptoris Panegyricum non parum congererit. Cuius generis obseruationes, si apud Te forte adhuc delitescant, etiam atque etiam a Te peto, ut easdem mecum communicare ne graueris. Tantam enim bonitatem Tuam qua potero ratione demereri studebo, neque non pia mente publice praedicabo, per quem profecerim. Vale. Dabam Altorfii, xxv Ianuarii A. S. R. clolcccxxviii.

XVII.

G. THOMASIVS

C. G. Schuuarzio.

Vir. Excellentissime,

Faciā, quod iubes, et binis duntaxat uerbis scribendi officio pūne defungar curis et cura-
tio-

tionibus implicatus. Pro numo, quem misisti, argenteo gratias Tuæ liberalitati ago habeoque maximas. Rem miram! uix aerario inieceram fulgentem Augusti Regis imaginem, cum Io. Friderici, Confessoris *αρόσωποι* repente ex armario profiliit, gladio praegrandi formidinem paene incutiens, ac nescio quid minitans, nisi extemplo remitterem quaecumque *ἀντιδωρίδιον*, quod uti pariter serena fronte recipias, admodum rogo. Habes heic binas, quae Tibi desunt, Panegyricorum editiones, quas nuper fuisset missurus, nisi sese incantamenti instar tum subduxissent ex oculis. Cuspinianicam *ἐκδοσιν* iterum anxie quaesiui, opera, quod piget, frustranea. Faxo autem, ut, quam primum aliquid teporis rigenti adhuc prae frigore bibliothecae se intulerit, classicos omnes, quos habeo, latinos excutiam, eadem opera in ordinem, quo plane excidere, relaturus. Quam ero perfusus gaudio, ubi inuenero ad Te protenus ablegandum codicem! Donauisse me illum cuiquam haud puto, nec me aliqua subit eius recordatio. Parens meus, *ὁ μακαρίτης*, nunquam quidquam de illustrando Plinii Panegyrico cogitauit, quod mea, hoc est, optima fide Tibi adseuero. Vale *κάρα φίλτατον*, ac me pariter, quod facis, ama. Dab. Nuremb. An. Aer. Chr. MDCCXXVIII.

Nomini Excellentissimo Tuo

prisca fide atque officiis
addictissimus

G. Thomafius.

Non-

Nondum dimitto suauitatem, quam ex officii reciprocatione percipio. Ignoras forte praestantissimi panegyricorum, quotquot extant, omnium in linguam uernaculam conuersionem. Ego uero inueni inter meos a manu illustri perfectam. Codex est primae magnitudinis, aut si mauis, in folio. Praescriptio sic habet:

Gay Pliny des andern lobfagung zu zeiten do er zu Röm das consulat ampte eingetreten; hat vor offem Radt; und Zu hörender gemaind: von heyligen Kayser Traiano vvarhafftiglich on schmaichlerey ganz zierlichen un vvolgespräch: ausgesagt. Darinn findt man nach der leng: vvas ainen yeden Römischen Kayser loblichen; ia aines yedenn regirer: geistlichen oder vveltlichen in seiner regirung zu thun; und hervviderumb vvas yeden alls nachredlich zu meyden und zu stiechen sey. Durch Herrn Dietrichen von Pleningen zu Schaubegk und Eysenhofen ritter un Doctor getheutscht.

Hic porro finis opus coronat:

Gedruckt zu Landshut von Iohann Weyssenburger, im durch herrn Dietrichen von pleningen zugelassen sub privilegio imperiali mit grossen penen verpunden das nyemants dises buch in acht Iarn nachtrucknen soll. Anno tausend funffhundert un im funffzechenden, Auf den XIII. tag des Monetz Decembris.

Non

Non inconsultum duxi, Liuiueianam Tibi meam editionem una mittere, quae ex Magni Heinſii bibliotheca in meos pluteos tranſiit. Notulae initio ſubinde adſcriptae uidentur alia manu, nec magnae ſunt rei.

XVIII.

IDEM EIDEM.

Vir Excellentiffime,

Quam mihi feceris rem gratam Smidioque cumprimis meo peroptatam, facilius Tibi erit exputare, quam ego uerbis deſcribere queam. Vterque gratias propterea agimus habemusque, cumulatiffimas relaturi etiam, quantum in nobis erit, quantocumque commoda atque opportuna uotis noſtris ſeſe offerret occaſio. Breui, reor, reſponſum uidebimus optimorum parentum, qui cum de bono ac ſalute primigenii maximo opere ſint ſolliciti, obuiam Tuam humanitatem ambabus ſine dubio manibus ſunt amplexuri. Faxo ego, ut breui rem omnem reſciſcas. Intererea de grato Tibi et Academiae hoſpitem ex animo gratulor, cuius per horulas aliquot conſuetudinem, qua muſeolum heic meum beatum fuit, aequo animo praetulerim regalibus contuberniis. Lycogenem agnoſcis uirum magnis et plurimis de re literaria meritis celeberrimum, quem cum fratre compari indies heic praesto- lamur ab excuſſione ad almam ueſtram reducem. Heri etiam eximia animo meo ſuaui-
ta-

tatem tulit, accisa quantumvis neque diu protracta cum Lottero Augustano confabulatio, quem literis probe excultum iuuenem ex uno iam alteroue sedulitatis specimine datum fuerat pernoscere. Eueniant tales o mihi saepe dies! Dici non potest, quam me sentiam recreari, quoties bona me fortuna ad eruditas de literulis nostris interioribus collationes ducit, quae sane felicitas me saepius respiceret, si Tibi, doctrinae melioris statore, uacaret subinde in urbem excurrere. Quod uti frequentius fiat, summa est uoti mei. Cypriano τῷ πατρὶ hodie forsā scribam, Tuam, mea suauitas, in perferenda salutatione operam commemoraturus. Vale et me ama.

Illustri Tuo ac Celeberrimo Nomini Tuo
Nuremb. a. d. VII. kal. Octobr.
MDCCXXX.

fide atque officiis
addictissimus

G. Thomasius.

XIX.

IDEM EIDEM.

Vir Excellentissime,

Nisi notus Tibi esset status uitae meae prorsus desultoriae, excusarem heic Tibi silentium inluctu domestico, qui Te nunc premit, meque

que pariter ac meos sensu affecit compassionis, cum nuncius omnino inexpectatus de calamitate Tua ad nos perferretur. Nunc animos erigimus beneque speramus de robore mentis, quam DEVS O. M. heroicam plane dedit et ad quosuis fortunae insultus obfirmatam, ubi ex transmissio philologematum nomicorum specimine acumen ingenii perspeximus nullis solertiae laborumque fatigationibus unquam detendi. Vtinam superesset inter libellos meos τῶν τῆς Haloandrina ἑκδοσῆς; eam sane Tibi ac Musis Tuis lubens gaudensque addicerem. Nunc ante plusculos annos quidquid huius operis apud me fuit Hohendorffianae gazae illatum est, quam augustissimus Imperator sibi ac Vindobonensi sacratio adseruit. Libros duntaxat seruo XXXVI eius operis, tomis duobus comprehensos, quos si requisieris, haudquaquam cunctanter sum missurus. Iam redeunt ad Te Nouellae, quibus pariter instructa est mea bibliotheca, non sine gratiis pro luculenta fauoris erga me Tui declaratione. Eum uti mihi perpetuo serues intemeratum, uotorum summa est. Vale κατὰ φίλτατόν τε καὶ τιμιώτατον.

Excellentissimo Nomini Tuo
Nuremb. a. d. XVII kl. Iun.
MDCCXXXI.

addictissimus omni fide ac
cultu

G. Thomasius

XX

XX.

IDEM EIDEM

Tardum nomen sum, uides, mi candidissime SVARCI, nec tamen omnino malum. Tenuit me diutius epiphora, quam putaram, neque prius bibliothecae me reddidit, nisi demum hodie, quo furtim quasi eam repetere concessum fuit clinico mihi tantum non trepidanti ac subrepticio. Habes heic, quas nuper Tibi expectisti, panegyrici Pliniani editiones, Iuntinam, Gryphianam, Ascensianamque una cum uersione in uernaculam nostram abs Theodorico quondam Pleningano curata. Vtere fruiere commodo Tuo, immo rei magis publicae literariae, quae insigni sese maetam donario laetabitur, ubi compos fuerit facta operis singulari proflus nitore fulgentissimi, quod torcularibus typographorum iam subiectum non equidem gemit (quis adeo est blennus, ut hoc dicat) sed Tuas utique laudes assa uoce decantat, omnium, qua patet orbis, eruditorum plausu atque encomiis mox excipiendum. Vale, mea suauitas, ac me porro, quod facis, ama.

XXI.

IDEM EIDEM.

Vir Magnifice,

Nunquam euenire mihi quidquam potest iucundius, nisi ubi fauens meis uotis adfulget occasio grata Tibi, quacumque in re, acceptaque praestandi officia. En Tibi heic pandectarium systema Laelii, Franciscique Taurelliorum cura adornatum, opus, si molem spectes, tauriforme et cum Nicolai omnino uestri ingenio comparandum. Vtere, fruiere isto, quam diu lubitum fuerit. Aliis nos sumus aduerti pandectis a Matthaeo Syluatico ante annos quater centum, philiatrorum in usus conditis, tametsi et rarior mihi sit, ad alia omnia distracto, ad sacra huiusmodi accessio. Xylopodium Tuum cum primis gaudeo paternis uestigiis ductu maxime Tuo insistere, iuuenem sane natalibus pariter atque ingenio florentissimum, cuius ego praeclaram indolem a puero habeo perspectam. Fac, ut propediem habeamus eruditam, quam memorasti, commutationem; nosti quam sim ego adpetens cupediarum istiusmodi, quae Te structore ac symposiarcho parantur. Neque est obscurum mihi, quam pulchre, quam mascole Tuo sub umbone depugnaturus sit filius, hac etiam in re Patris omni laude maioris aemula proles, quam ante hos triginta, si recte memini, annos Fridericiana plausibus excepit Io. Sam. Strykio

mo-

Moderatore de Principum liberis extra thalami
confortium progenitis acriter atque animose
disputantem. Vale, mea mellitissima suavi-
tas, una cum genere τῆς χαριεστάτης familiaque
splendidissima, cui meam officiose salutatricem
meque pariter ipsum omnibus modis cupio
commendatum.

Magnifico atque Inlustri Nomini Tuo
Nuremb. a. d. III. kal. Sept.

GLIOCCXXXIII

amoris atque fidei nexu ad-
strictissimus

G. Thomasius

XXII.

Amantissimo suo Candidissimoque
NIGELLIO

S. P. D.

G. THOMASIVS

Salve, mea Suauitas, et, si me amas, fac
quaeso, ut ope consilioque adiutes iuuenem,
qui has ad Te est delaturus, Christophorum
Guilielmum Sturmerum, Tuo patrocinio at-
que clientela opido dignissimum, mihi que
cumprimis ob animi ingenii que dotes, rectam-
que omnino, quam ingreditur, studiorum ra-
tionem impense probatum. Faciam ego ui-
cissim, ut intelligas, cum sint, qui praeclara
C 2 Tua

Tua in literarum R. P. merita modis omnibus colant ac uenerentur, qui tamen affectu magis sincero animoque prorsus addicto uirtute. Tuas suspiciat, homines inter natos esse neminem. Vale.

XXIII.

CHRISTI. SIG. LIEBIVS

C. G. Schwanzio.

Paulo diutius, quam par erat, responsum Tuis debeo: Tu pro singulâi humanitate Tua moram hanc mitiorem in partem interpretabere, piis uotis, quae temporis huius ratio sibi deposcit, eam quomodocunque compensari passus. Nempe Deum immortalem rogo, ut annum hunc una cum sequentibus innumeris Tibi fortunet, firmam Tibi ualeitudinem perpetuo largiatur, doctisque laboribus Tuis porro aspiret, eorumque fructus amplissimos redire ad uniuersam rempublicam literariam patiat. Cultissimi ingenti Tui, quod a primis uitae academicae annis me coluisse memini, monumenta, quae ad me misisti, quam grata mihi fuerint, paucis explicari non potest, et si uerbosius exponerem, uerendum mihi esset, ne auribus id Tuis dare uiderer. Accipe iam ferrea pro aureis, quando haec permutatio Tibi placet, pro elaboratissimis scriptis Tuis informem, quem superiori anno enixus sum, foetum, Gotham nempe numariam, quam ita legas uelim, ut quicquid atro carbone dignum censueris, candide mihi

mihi significes, quo saepius refingendo et exponiendo iteratae editioni emendatio comitiorque tradi possit. Eius mittendae ad Te curam beneuole suscepit Summe uenerabilis Cyprianus noster, id quod tanto gratius mihi accidit, quod muneris non maximi momenti, si internum eius pretium spectes, ab eo, qui iussu Serenissimi Principis nostri id Tibi offert, noua gratia accedere posse uidebatur. Carminum Tuorum sylloge, nuperrime mihi forte fortuna ad unius alteriusue horae lectionem oblata, admonuit me Phaeucorum superiori anno a me deprope-ratorum. Eos transmitto hac occasione; Tu si legendos eos duxeris, ita leges, ut memineris, poliora ab eo uix posse expectari, qui et similia non ita saepe ante, et intra decennium nihil huius generis elaborarit. Vale, Vir Celeberrime, et mihi fauere perge. Dabam Gothae a. d. VIII. Id. Ian. 1731.

XXIV.

ERN. SAL. CYPRIANVS

C. C. Schvvarzio.

Et si postremus amicorum Tuorum anni initium Tibi gratulor, idque propter continuos morbos et lippitudinem; tamen ne utiquam minora reliquis uota affero. Nam omnem Dei gratiam Tibi ac Tuis aeternum uelut peculium comprecor. Nobilissimae coniugis obitus me mirifice afflixit, non solum quod exemplar ac

velut compendium uirtutum muliebrium sublatum esse audio ; sed etiam ob turbatam animi Tui tranquillitatem , qua inprimis opus est ad immortalia ingenii opera , qualia Tu elaboras , perficienda. Deus , qui solus potest , me dicam manum uulneri admoveat. En munusculum literarium Principis , cui si forte paucis lineolis gratias agas , dabitur forte occasio etiam alio quodam modo declarandi , quam grata sint Tua studia eius Celsitudini. Perillustri EBNERO capitularia lubens transmittam , cum ex Te cognouero , ea desiderari. Volumen est non paruae molis , quod nisi asseribus inclusum perferri uix potest. Responde , quaeso , an Gotham numariam acceperis. Aiunt aureum numulum , tribus constantem Ioachimicis , a republica Vestra cusum esse in memoriam iubilaei : hunc quaeso mihi procures. Dn. Schuueyerus meo nomine statim reddet pecuniam , uel etiam praenumerabit : colligo enim talia , quod inde ab anno 1717 totus fuerim in his laboribus. Perillustri EBNERO humiliter me commendes rogo , et quicquid hinc gratum uestris rebus contingere olim poterit , spondeas me in aula diligenter curaturum per amicos , quos habeo non impotentes. Vale.

T.

omni obsequio

Cyprianus.

XXV.

XXV.

Serenissimo Principi ac Domino,
DOMINO FRIDERICO SECVNDO,
Duci Saxoniae &c.

Excelsum augustissimumque nomen Tuum, quod uel ultro prouocat uenerantium uota, mihi etiam animum addidit, ut demississimae mentis pietatem ac cultum Serenissimae Celsitudini Tuae testari audeam. Quicquid enim terrarum principes admirabiles reddit, in Te suspicit, Teque tamquam coelo demissum ueneratur orbis cultior. Certe inuicti animi Tui magnitudo et clementia ac benignitas in omne genus hominum, neque minus cetera principalis fortunae ornamenta summa, quorum laudibus memorandis plane impar est ingenii mei tenuitas, omnium animos, etiam exterorum populorum, sibi deuinciunt, omnique saeculorum memoria celebrabuntur. Neque uero reliquos tantum mortales, supra quos natalium excelsitas Te altissime prouexit, sed et populorum moderatores, Tibi alioquin aequales, uirtutis ac sapientiae gloria antecellis. Magnum est, quod salute eorum, qui Tuae subiecti sunt potestati, nihil habes antiquius, atque ad hanc procurandam uelut e sublimi specula dies noctesque prouides, ut hi non fortunis solum locupletentur, sed uirtutibus etiam atque bonis artibus iustuantur. At illud adhuc gloriosius

sius, et supra huius saeculi captum est, quod in tanti principatus fastigio, cum ipse Deum immortalem religiosissime sanctissimeque colis, tum omnia consilia omnesque curas Tuas huc refers, ut decus religionis emendatae etiam alibi illibatum floreat. Vbi ab aduersariis sacra repurgata premuntur, Tu, Princeps pietatis gloria cumulatissime, piis et infontibus es praesidio auxilioue, qui ad Te, tamquam ad aram et in aulam Tuam ad asylum verae religionis confugiunt. Sicut igitur Diuus Ernestus, Auus Tuus gloriosissimus, omnium hominum temporumque consensione Pii cognomen promeruit; ita nullum est dubium, quin etiam Te religiosi sapientisque principis elogio omnis ornatura sit posteritas. Huc accedit inusitata erga bonas artes earumque sectatores munificentia, qua eos, qui uirtutis et eruditionis aliquam habent opinionem, non solum in prouinciis Tuis, sed et inter externos ad disciplinas liberales studiosius colendas, uel sponte excitas, foues atque ornas. Hinc adeo, quicquid est reconditorum praestantiorumque librorum, quicquid numismatum, aliorumque monumentorum ueterum, magnifico colligis impendio, et ut apparatus tanti usus quam latissime pateat, describi uulgarique curas. Pertinet huc thesaurus ille Fridericianus Gothae Numariae, non solum in Serenissimae Tuae Domus, sed et totius Germanicae nationis gloriam Tuis auspiciis Tuoque munificentia luci publicae expositus. Huius splendidissimi operis exemplar cum ad me peruenire elementissime uolueris,

Tibi,

Tibi, Princeps Indulgentissime, non tam uerbis quam animo demississimo immortales ago habeoque gratias. Istud autem egregium uolumen tamquam pulcherrimum Germaniae litteratae monimentum nulla non occasione iuventuti studiosae ostendam, simulque pro eo, ac par est, prolixissimam Tuam erga litteras litteratosque uoluntatem liberalitatemque uenerabundus commemorabo, ut saeculo huic de tanto tamque religioso ac sapiente principe mecum gratulentur, et pro Tua Tuaque excelsissimae domus incolumitate uota quotidie fuscipiant. Et ueniet fortasse dies, quo luculentiore testimonio Tibi, Maximi Princeps Exempli, pietatem suam uenerationemque declarent Musae nostrae. Interim et ego nunquam non Deum O. M. pie precabor, ut quam diutissime quamque felicissime uiuas in ornamentum solatiumque huius aevi, in commodum prouinciarum Tuarum, in totius solatium Imperii, in praesidium uerae religionis atque in doctrinae uirtutumque tutelam et incrementum; utque Serenissima Domus Tua uireat flore atque saeculis innumerabilibus. Scrib. in Academ. Altorf. m. Martio 1731.

Serenissimi Celsissimique

NOMINIS TVI

Domine ac Princeps Indulgentissime

demississimus et subiectissimus admira-
tor et cultor

C. G. Schuuarzius.

Cs

XXVI.

XXVI.

C. G. SCHVVARZIVS

Ern. Salom. Cypriano,

CVM tot et tanta Tua in rem sacram et literariam merita iam publice extent, quae omnis loquatur posteritas, neque ulla temporum memoria obliterabit; haud cessas tamen etiam de priuatis hominibus quacunque occasione bene praeclareque mereri. Me certe, Vir summe, pro inusitata humanitate Tua, multis nominibus iam Tibi deuinxisti, et nexu mancipioque reddidisti proprium. Atque adeo Tuo unius beneficio in acceptis refero, quod ex summa indulgentia Serenissimi Friderici, Principis incomparabilis, non solum ante hunc annum copiam ueterum quorundam documentorum ad historiam Burggrauiorum Leisnicensium illustrandam facientium, sed et nuper exemplar splendidissimi operis, quod Gotha Numaria inscribitur, felicissime obtinui. Suasu Tuo, Patrone Venerande, ausus sum Principi ad ornandum genus hominum diuinitus dato, de aeterno illo principalis munificentiae in literas literatosque monumento pietatis meae quomodocunque testandae causa demississime gratulari. Quo consilio literas apertas Tibi mitto, ut, nisi sit, quod prius corrigi debeat, has ad puluinar Principis Gloriosissimi haud grauatim deponas, ac, si opus esse putes, antea alterius sigillo obsignes.

signes. O uero Te felicem, qui Tanti tamque Religiosi et Sapientis Principis gratia in rei sacrae et literariae commodum quam plenissima frueris ! Imo et felicem Principem Summum, cui tam pius, tam eruditus, tam prudens tamque grauis sacrarum literariarumque curarum administrator et consiliarius contigit ! Citius respondendi officio defunctus essem, nisi praeter opinionem quaedam interuenissent impedimenta, quibus moram benignissime condonabis. Gratae erga Te mentis meae declarandae occasionem auide exspecto ; interim tenuem numum in memoriam saecularem Aug. Confessionis, non quidem Magistratus Norimbergensis auctoritate, tamen Norimbergae cusum, aequi bonique facies. Neque enim, nisi duos illos numos argenteos, qui insignia Septemuirorum Norimbergensium referunt, publico iussu flatos percussosque esse, ceteros autem priuatorum quorundam studio ibi prodiisse audio. Illustris EBNERVS suam Tibi obseruantiam studiosissime exponi uoluit ; cui nihil gratius accidet, quam si Tua ope Codicem MS. Capitularium Caroli M. in breuis temporis usum nancisci queat. Utinam et mihi liceat memoriam Altenburgensium Burggrauiorum resuscitare et cum historia Burggrauiorum Leisnicensium emendanda et amplificanda coniungere. Mense Iulio huius anni publicae auctionis lege diuendetur Bibliotheca b. D. Baieri, Theologi ; cuius heredes, itemque duo fratres superstites, qui Te honorificentissime iusserunt saluere, duo exemplaria

ptaria istius Catalogi mittunt. Si qui forte libri fuerint; quos uel ipse, Vir uenerande, uel alii Amici Tui, redimere cupiatis, Vobis promtam sedulamque operam offero, dummodo eorum; qui desiderabuntur, librorum pretium designetur mihi que praescribatur. Ne uero diutius, quam par est, sanctiores curas Tuas laboresque interpellem; in uoto pro incolumitate Tua desino, ac Te Tuosque diuini Numinis praesidio pie commendo. Vale. Dab. Altorfii, mense Martio A. 1731.

Illustris et Magnifici Nominis Tui

cultor obsequenrissimus

C. G. Schvuarzius.

XXVII.

IDEM PATRONO

de altiore dignitatis gradu gratulans.

Cum litteras has pii demissique animi mei testes ad Te dare audeo; maiorem in modum laetor, diuinitus accidisse, ut noua eaque exoptatissima Tibi gratulandi materia detur. Equidem quae Tua est, Vir Illustris, eximia pietas, ipse optaueras, ut uenerandi Collegae Tui et Patres de Patria optime meriti quam diutissime adhuc superessent, ac publicae utilitati

tati dignitateque plures per annos inseruirent. Sed Deus sapientissimus festinavit singulari exemplo admirabiles uirtutes Tuas ad altiora Reipublicae gubernacula ad mouere. Precor itaque religiosissime, ut Tibi et per Te patriae uniuersae prospera omnia contingant, atque ut splendidissimo rerum militarium praesidio quam felicissime quamque diutissime perfungaris omnique optandarum rerum copia cumulatus una cum Illustri familia Tua felicissime floreas. Huius piae gratulationis meae cum publicum quoddam documentum extare uoluerim, quaecunque hoc carmen, quod litteris adiunxi, pro summa humanitate Tua serena fronte excipies neque tam uersiculorum tenuitate, quam animi pietate atque candore metieris. Serus quidem inter tot gratulantes plaudentesque compareo clientes; sed eo ipso testari posse uideor, me non subito quodam impetu ad gratulationem ferri, sed gaudium solidum atque animum in Te colendo fixum perpetuumque aleggere et certe nulli fide atque obseruantia erga Te cultuque unquam cedere uelle. Quemadmodum uero Tuae bonitati ac patrocinio me etiam in futurum tempus ea, qua par est, animi demissione commendo: ita nullam non occasionem arripio, qua testatum faciam, quantum debeam Tibi, Maecenas Illustrissime, et quam singulares rationes in summis meritis Tuis aestimandis praedicandisque constitutas habeam, Vale o Decus Amorque patriae, atque ea qua
con-

consueuisti, gratia etiam posthac complecti
tuerique dignare

Illustris Nominis Tui

Domine ac Patronè Benignissime

cultorem atque clientem
obsequentissimum deuinctissimumque
C. G. Schuuarzium.

XXVIII.

IDEMPATRONO

mortem uxoris lugenti,

Vir Illustris,

Patrone maximopere Colende!

Verbis exprimere non possum, quanto me do-
lore affecerit nuntius de morte optimae
uxoris Tuae ante hos duos fere menses ad me
delatus. Quis non doleat aegerrimoque ferat
animo, Matronam singularis exempli eripi ocu-
lis hominum, dubito, an aliquid simile mox
uisuris. Quae enim eius fuit pieras, quae
frugalitās, quanta mollis grauitas cum summa
modestia et humanitate coniuncta? Nemo non
intelligit, quam graue uulnus ex hac morte ac-
ceperis, Vir Summe! Etsi enim non exiguum
habet solatium, quod tanto Tibi bono t̄ndiu
frui contigit; hoc magis tamen non potest non
exacerbari dolor Tuus, quod illud in hac aeta-

te ingrauescente amisisti. Maturius quidem pro eo, ac debeam, condolentem animum meum Tibi significassem, nisi hoc nunc quoque satis tempestive fieri posse existimauerim, cum moeror Tuus cicatricem quodammodo pati posse uideretur. Interim nihil dubito fore, ut, quae egregia Tua est pietas, facile acquiescas in uoluntate diuini Numinis, quod res humanas sapientissime moderatur. Ego autem, sicuti inusitatas tantae Matronae uirtutes, cum uiueret, semper ueneratus sum; ita et defunctae memoriam perpetuo colam sanctamque habebo. Precor praeterea ex animo, ut Deus immortalis, qui hoc Tibi uulnus inflixit, ipse sanet, et moerorem Tuum, qui superest, in dies magis magisque leniat, nec minus ualitudinem Tuam firmet, ut multa adhuc commoda saluti hominum ipsisque litteris afferas. Idem seruet omni-que felicitate cumulet suauissimam filiam Tuam, in decus sexus sui natam, illam uiuam paternae maternaeque uirtutis imaginem, ac sollicitudinis Tuae alleuamentum, praesidiumque certissimum. Ceterum opto, ut sacrum Paschatos, quod proxime instat, feliciter celebres, et ex pia contemplatione seruatoris nostri e mortuis resuscitati noua capias solatia. Vale.

Illustris Nominis Tui

cultor obseruantissimus

C. G. Schuuarzius.

XXVIII.

XXVIII.

IDEM NONNEMINI.

Diu quidem ad Te nullas litteras dedi ; at enim uero quanto magis in bonas litteras peccare uideor , si quando grauiores curas laboresque intempestiue turbo , tanto facilius meum silentium excusabis. Interea nihilominus memoria Tua semper mihi sancta ac iucunda est , et si quis alius , ego certe eximia Tua in rem litterariam merita diligentissime recolo uenerorque. Inprimis uero Deum O. M. precor , ut Te rebus humanis quam diutissime adhuc saluum sospitemque interesse iubeat , quo non solum diutius de ornanda re litteraria bene merearis , sed et ipse meritorum Tuorum fructus capias uberimos iucundissimosque. Eximium iuuenem N. N. quem ante hunc annum huc profectum mihi commendasti , non possum non singulari laudis testimonio ornare , utpote qui Tua institutione atque commendatione dignissimus suas res bene , diligenter praeclareque agit , neque solum diligentia rectissimisque moribus omnium amorem sibi conciliat , sed et patriae in futurum tempus ornamentum pollicetur. De me nihil habeo , quod Tibi nunc mittam , nisi tenuia quaedam schedia aliquo loco habere uelis. Dici uero non potest , quantum interea in publica huius academiae bibliotheca in ordinem redigenda fuerim occupatus. Disputationem , quam
nunc

nunc meditor ; tanquam quaecunque grati animi monumentum Tuo nomini consecrare audebo ; plura enim mei erga Te cultus testimonia in posterum , pro ea , ac debeo , obseruantia daturus. In praesenti uero a Te , Vir Venerande , maiorem in modum peto , ut si fortasse Desiderii Spreti librum de uastatione et instauratione Rauchnae , aut Hieronymi Rufi historias Raennanenses possideas , horum librorum copiam in duorum mensium usum mihi perbenigne indulgere uelis : quos gratissima mente restituam. Constitui enim in posterum nonnihil de Exarchis commentari , ad quem laborem , si quid in promptu habeas , quod mecum communicare uelis , profecto Tuis consiliis maiorem in modum me Tibi deuincies. Plura iam non addo , ne Tibi nimis molestus uidear. Id unum ad extremum Te etiam atque etiam rogo , ut , quo fauore me mearumque litterarum studia adhuc complexus es , me in posterum prosequi pergas , ut uel hoc nomine ad meliora audenda desudiam meam exinde excites. Vale.

XXX.

IDEM NONNEMINI.

Ante omnia Deum immortalem precor , ut Te adhuc diutissime firmum ualentemque seruet , et omnia consilia atque instituta Tua ad maiorem diuini nominis gloriam et ad solatium coetus sacrorum repurgatorum moderetur , ac Tibi uires nouas integrasque indulgeat , ut
 Commerc. Epist. P. II. D egre-

egregia, quae moliris, opera felici suecessu perficias, et ueritatem coelestem decusque rei sacrae porro forti animo tuearis. Haec summa est pietatis meae, quam Tibi profiteor, postquam ex humanissimis litteris Tuis lubens laetusque intellexi, Te ex graui periculosoque morbo nuper demum diuina ope conualuisse: deinde uero, cum interea commendatione atque cura Tua contigerit, ut historiae describendae documenta ad me peruenerint; nescio quibus uerbis gaudium meum ea causa explicem, atque Tibi pro eo, ac par est, gratias agam. Non certe haec trita et uulgaria, sed quam maxime rara atque auro contra cara sunt subsidia, quae argumento meo plurimum sane lucis afferre possunt. O quanta est Serenissimi Principis Vestri clementia in bonas litteras earumque cultores; qui haec ipsa documenta mecum communicanda clementissime permisit! Quanta Tua est benignitas, Patrone Venerande, qui gratiam illam clementiamque mihi homini ignoto et tenui tam prono felicique studio conciliasti! Summa Tua beneuolentia uicit expectationem meam, efficitque adeo, ut ingenue fatear, me praeter cultum et obseruantiam nihil posse uicissim praestare. Interim haud committam, ut crimen ingrati unquam mihi obiiciatur, operamque dabo sedulo, ut intelligas, Te homini obsequenti et fido id beneficiū tribuisse. Diplomata antiqua, quae mecum humanissime communicasti, facta tectaue iusto tempore restitutam, spondente et testante chirographo, quod
his

his litteris adieci. Quod reliquum est, rogo oroque, ut, quo coepisti, favore complecti pergas

Venerandi Nominis Tui

cultorem studiosissimum
devinctissimumque

C. G. S.

XXXI.

IDEM NONNEMINI.

Vir Perreuerende atque Clarissime,
Fautor atque Amice maximopere colende!

Pareo voluntati Tuae et de Filii Tui rebus nunc paucis expono. Hunc, ut iussisti, nudius tertius ad me uocaui, percontatusque uitae et studiorum eius rationes parum reperi, quod probarem laudaremque. Quantum ego suspicor, is negligentissime functus est officio suo, in schola pariter et academia, neque pro eo, ac par est, uersatus est in iis doctrinae partibus, quibus fundamenta litterarum humaniorum continentur. Dici enim uix potest, quam incite responderit mihi interroganti, adeo ut uel prima latinae graecaeque linguae elementa ignorare uideretur. Quae scribo, aperte candideque narro, nec, ut multi solent, adolor. Doleo autem uicem filii Tui, qui nisi tempestiue corrigatur,

D 2

tem-

tempus sumtusque male collocabit. Sed et Tuam doleo uicem, V. P. cuius spes et uota haud sustinuit impleuitque filius. Quum primum poteris, huc aduoles, et filii Tui rebus ipse prospicias. Neque uero uelim, ut iam omnem spem abiicias. Ceterum nihil hic noui accidit, quod dignum iudicarem, ut praeter ea ad Te perscriberem. Si quid erit, faciam, ut scias. Ad extremum precor Deum, ut Te sospitet, animumque filii ita regat, ut de eius studiis in posterum meliora Tibi nunciare possim. Vale..

XXXII.

IDEM HIERON. GVIL. EBNERO.

Vir Perillustris ac Generosissime,
Domine ac Maecenas Gratiose !

Nefas foret, de huius anni auspicio Tibi non gratulari, cui aeterna pietatis et obsequii lege sum obstrictus. Itaque inter clientes fidei Tuae deditos, praesto sum et ueterum formula, faustas fortunatasque calendas Ianuarias Tibi uoueo, ac pio, ut par est, animo Deum O. M. ueneror, ut Te hunc annum feliciter inire et cum longe plurimis secuturis felicissime conficere iubeat, atque porro ea omnia exoptatae fortunae genera in Te et splendidissimam gentem Tuam abunde cumulateque conferat, quae patria

patria uniuerſa, quaeque omnes boni mecum pie precantur. Ita uero habebit Illuſtris Reſpublica, ut ſibi de tam prouido benignoque patre ac rei ſacrae et litterariae patrono impenſius gratuletur. Quo autem plura et maiora gratiae Tuae documenta per annos ſuperiores in me extiterunt, eo feliciorem me exiſtimabo, ſi et in poſterum me meamque fortunam ad indulgentiam Tuam bonitatemque pertinere uolueris. Quam gratiam etſi nullo modo promereri poterō, id tamen rogo, ut Tibi perſuaſum habeas, Vir Illuſtris, me in Te obſeruantiffime colendo uenerandoque nunquam ceſſurum eſſe. Vale.

Illuſtris Nominis Tui,
Domine et Maecenas Gratioſe,

cultor cliensque obſequentiſſimus
C. G. Schuuarzius.

XXXIII.

IDEM C. G. KOENIGIO.

Quam mihi iam antehac coram teſtatam feciſti propenſam in me uoluntatem, eam ſub initium huius anni literis humaniſſimis comprobavi. Sicuti igitur per ~~mihi~~ iucundum eſt recordatio induſtriae uitaeque Tuae academicæ praeclare apud nos tranſactae; ita et tam luculenta beneuolentiae erga me Tuae ſignificatio non potuit non accidere gratiſſima. Hoc uno

D 3

ex-

excussisti mihi ruborem, quod ea mihi tribuisti, quae ipse in me non agnosco, meae mihi tenuitatis probe conscius. Cum uero tam amanter atque humane a te prouocatus serius, quam par erat, nunc respondeam, tarditatis culpam deprecor; quam tamen mihi aliis saepe rebus impedito non uertes uitio. Ceterum, Deum oro, ut egregiam, quam Tibi dedit, mentem seruet, ac doctrinae uirtutisque Tuae pulcherrima et exoptatissima festinet praemia. Quemadmodum uero Te, nobilissime Koenigi, ob dotes animi Ingeniique non uulgares, impense amo iuxtaque aestimo; ita peto, ut et ipse eo, quo coepisti, amore me perpetua complectaris. Vale. Dabam Altorfii &c.

XXXIII.

Viro Celeberrimo

GODEFRIDO THOMASIO

S. P. D.

Io. Burch. Menckenius, Acad. Lips.
hodie Rector.

Nihil gratius uel mihi uel Academiae nostrae accidere potuit, quam quod Tibi potissimum nostri ad solennia Altdorffensia legati personam a Proceribus impositam fuisse accepimus. Equis enim maiori iure tueri eam poterat eo, qui ut Lipsiam agnoscit patriam, ita ingens Lipsiensium decus ac ornamentum non Noribergae modo, uerum qua patet orbis eruditus, cele-

celebratur. Proinde et meo et Academiae nomine gratias Tibi ago habeoque decentissimas, nihilque magis in uotis habeo, quam ut, quanti Te faciamus, luculentis indiciis prodere queamus. Interim Tibi fausta omnia fortunataque, uitam longaeuam et tranquillam, successus prosperos, seros nepotes toto pectore apprecor. Vale. Dab. Lipsiae d. 10, Aug. 1723. *

XXXV.

IO. SCHEFERVS

Christoph. Welshamero.

Salutem a salutis Reparatore.

Non ego D. T. aliis negotiis occupatam literis hisce meis compellarem, nisi studium et officium, quod huic Amitino meo debeo, facere me hoc uoluisset, et praeterea summa D. Tuae humanitas et beneuolentia, quam non una tantum uice sum expertus, me inuitasset, confidentioremque reddidisset. Est autem qui Tibi has exhibet Georgius Schirmerus, in Acad. nostra studiosus, optimi olim uiri Ioh. Schirmeri Rectoris Laurentiani p. m. filius. Is mihi significauit, D. T. ut et alios Reuerendos Dominos Pastores et Concionatores Noribergenses, circa festum paschatis pecuniae aliquam summam a praecipuis urbis Vestrae ciuibus pio et laudabili more collatam inter pauperes et

D 4

in-

* Haec epistola est responsio ad literas G. Thomasio, quas uidesis in Actis Sacr. Saecul. Acad. Alt. p. 131. 132.

inopes studiosos distribuere : cumque et ipse ob difficillima haec tempora , Musis earumque cultoribus pene interitum naufragiumque minitantiā , bonorum piorumque hominum auxilio uel maxime opus habeat : accessum ad D. T. per me parari sibi posse sperauit , quo et ipse beneficii istius in distributione illa particeps fieret , et subsidium aliquod ex benigna manu Tua acciperet. Cuius ego petitioni satisfacere et uolui et debui , eapropter D. T. rogo , ut pro eo , quo omnes bonarum artium studiosos et me ipsum complectitur amore , ipsius quoque rationem habere uelit. Det D. T. hoc ipsius parenti , det matri uiduae derelictae detque illi , qui se omnis boni largum remuneratorem pronunciauit ; quin et ego istud accipiam , quasi in me collatum sit beneficium , ut certe conferretur , si Te mei gratia aliquid fecisse sensero. Habebis ipsum quoque fauoris et beneuolentiae Tuae gratum et memorem depraedicatorem. Hisce, Vir Reu. et Dignissime, plurimum uale et me ut haecenus ita et in posterum fauore et amore Tuo complectere. Dab. Altorphii prid. Cal. April. A. c160cxxiii.

R. D. T.

officiose cōlens
M. Ioh. Scheffer
ibid, Pr. class.

XXXVI.

XXXVI.

CHRISTOPH. IAC. IMHOFIUS

Io. Conr. Zeltnero,

Ich habe mich vortreflich verwundert, daß unter diesen ausgezeichneten 18 Büchern mir nur zwey seynd übrig geblieben, nemlich in der Philologischen Bibliothec unter den 8 Bänden n. 155. Gregorii Richteri Iudicia de lectione bonorum autorum Witteb. 1592 pro 20. Kr. und in der Bibliotheca philosophica in fol. n. 48. Ioh. Lud. Vivis de Concordia et discordia teutsch samt Reinhard, Grafen zu Solms Tractat von Ursprung des Adels 1564. pro 45. Kr. Ich weiß nicht, wie die Bücher conditionirt seynd, oder was eigentlich daran ist, jedoch will ich sie pro 1. fl. zusammen nehmen, und, wo sie darum gegeben werden, beliebe Er dieselbe mir zu schicken, das Geld solle dargegen gleich folgen. Den Herrn Bruder, Herrn Doctorem Zeltner, bitte ohnbeschwert dienstlichen zu grüssen nebst einer Dankagung, daß Er mir ein Stuck von der dissertation hat communiciren wollen, will dieselbige auf die künfftige Wochen wiederum senden, ich werde wegen der schönen elaborirung nichts daran zu tadeln haben, bin auch hierzu ganz unwürdig, ein iudicium zu geben. Indessen habe des Hellingii Scripta, welche er alle drey in diesem Tomo nebst noch andern Sachen, so ihm dien-

D 5

lich

lich seyn werden, finden wird, überschicken wollen, wie auch den Schelhamerischen Pasquill, welchen nun habe completirt, mit Dankagung für die Communication, nebst Übersendung der Dissertation de Astro Iudaeis ominoso. Wann ich sonst so wohl dem Herrn Doctori oder auch meinem geehrten Herrn Candidaten etwas werde angenehmes erweisen können, bin ich willfährig, indessen verharre nebst Empfehlung in den Schutz des Höchsten

Meines geehrten Herrn Candidaten

Nürnberg den 3 Febr.

A. S. 1714.

bereitwilliger
Christ. Jac. Imhof.

XXXVII.

IDEM EIDEM

Auf dessen Verlangen kommt hiermit copialiter die epistola gratulatoria Anonymi in Coniugium Domini Friderici Abbatis Egidiani, welche in einem Volumine collectarum epistolarum tum temporis uiuentium uirorum clarorum zu finden ist, und solches uolumen wegen vieler andern darinnen befindlichen Sachen zu überschicken, Bedencken habe. Unbey habe auch ein Carmen nuptiale von Eobano Hessoad

ad Fridericum, und noch ein Carmen von Casparo Bruschio, worinnen Er sich ihme, Herrn Abten, als unbekannt recommendiret, mit beylegen wollen, deren man sich auch kan bedienen, dann solche gedrucket zu seyn ich nicht glaube. Wann Er sie hat abgeschrieben: so bitte ich dieselbe wieder zuruck. Bedanke mich für die gesandte zwey disputationes, so mir lieb seynd, Von Phillipp von Zesen hab ich wohl etwas gelesen, allein kan ich mich nicht mehr erinnern wo, und kan seyn, daß es in einem Tractatlein in 4to gewesen, da von denen teutschen poeten gehandelt wird, darunter auch des Herrn Christoph Fürers gedacht wird. An-
 ihu gebricht mir die Zeit darnach zu suchen. Domino Doctori Fratri tuo charissimo salutem meo nomine amicissime, et gratias age pro transmissa egregia dissertatione Domini Coeleri de libro Theuerdanck. Ambo uiuite in hisce feriis basilice et fauete

Noribergae die Saturni
 ante ferias Palmarum, et
 die Gabrielis Archangeli
 24 Martij A. S. 1714.

uestro addictissimo
 C. I. Imhof.

XXXVIII.
 IDEM EIDEM

Daß ich dessen Büche noch nicht mit geziemendem Danke gesendet habe, ist die Ursache

sach gewesen, weil ich vermeint, zuvor noch mit ihm deswegen zu reden, als sie verschlenen allhier in St. Salvatoris Kirche bey der Rosen geprediget, dann ich habe in solchem etliche Stücke gefunden, die mir gar anständig zu meiner bibliotheca historica de Reformatione Ecclesiae Noricae wären, derowegen solches ihm abhandeln wolte, so es demselben fell seye, und wollte doch noch einige ihm daran anständige Sachen, als Apologiam Andreae Osiandri, Isocratis librum de regno etc. lassen. Ob es nun ihm beliebt, bitte ohnbeschwert hiervon, wie auch wann sonst etwas neues passiret, Nachricht zu geben, ingleichen so von curieusen Dissertat. etwas gedruckt worden, um die Bezahlung zu senden. Wann mein Catalogus librorum uend. nicht mehr gebraucht wird, so bitte ich um remittirung. Den Herrn Bruder Doct. meinen Hochgeschätzten Gönner und Freund zu salutiren, ist auch meine Bitte. Indessen bene uale mit Verbleibung

Meines vielgeehrten Herrn und Freunds

Nürnberg den 24. Nov.

A. S. 1714.

Dienstwilliger
C. J. Imhof.

XXXVIII.

IDEM EIDEM

Aus Dessen liebwehrtten Zeilen habe ersehen,
Daß Derselbe mir dessen Tomum Miscellaneo-
rum

rum von allerhand curieusen alten Tractaten wolte zukommen lassen, wofür dann dienstlichen Dank sage. Wann aber denselben ohne Bezahlung nicht verlange, so choisire Er sich nur von meinen verkauffenden Büchern, was ihme anständig, aus, wie ich dann bereits des Mfr. Patin Lettres choisies auf ihme notirt habe. Herr Dr. Kinck hat gar zu genau gerechnet, und fast allzuviel abgebrochen. Des Schönlesben tractat de origine Domus Habsp. habe ich bey dem Endtner um 3. fl. gekaufft, kan also der Herr leicht gedenken, was für einen Schaden damit habe, die Kupffer hab ich aus Salzburg nicht bekommen können, ungehindert, ich habe darnach schreiben lassen, der Verleger muß etwas nachlässig seyn, dann in meinem andern exemplar auch etwas gefehlet, so ich endlich mit harter Mühe bekommen. Er beliebe den Herr Dr. Kincken schönstens zu grüßen, und zu dancken wegen der gesandten 4. fl. Die abgängige 55. Kr. will ich eben so groß nicht achten, wann er nur mag manchemal mit seinen schönen Scriptis und herrlichen dissertationibus regaliren, und dabey in seiner affection mich erhalten. Anbey des Münzers Reißbeschreibung in 4to pro 4 Kr. Thomasi differt. de Barba. Pippingi epistola de Rectoribus Academiae Lipsiens. zusamm pro 2½ Kr. Catalogus librorum in Biliopolio Elzeviriano pro 15 Kr. Bilibaldi Pirkheimeri opera teutsch pro 10 Kr. Item Introductio nouae Scholae Altorfinae pro 4. Kr. zusamm 35. Kr. Hiemit
nebst

nebst Ergebung in den Schutz des Höchsten,
und dienstlicher Begrüßung dessen Herrn Bru-
der Doctoris verharre

Meines vielgeehrten Herrn und Freundes
Nürnberg den 1 Decembr.
A. S. 1714.

bereitwilliger
C. J. Imhof.

XL.

IDEM EIDEM

Daß derselbe mir erlaubet, von denen Fels-
Deckerischen die gedruckten Bögen von De-
ro wohl elaborirten Tractat de Correctoribus
abzufordern, bin ich solchen nachgekommen,
und befunden, daß wohl in selbigen einige
vitia typographica seyen eingeschlichen, die
man aber so eben nicht attendiret, nur ist das
der größte Fehler, daß in dem Bogen F. zwey
Columnen verschossen sind, welche also müssen
neugesetzt, und entweder der Bogen umge-
druckt oder ein Durchschnitt gemachet werden,
damit an derselben Stelle die rechten Blätter
eingebunden würden. Sonsten habe dessen ex-
acten Fleiß, wohlgeführte Ordnung, schönen
und reinen Stylum gar wohl obseruiret, und
ist kein Zweifel, daß das Buch patronos fin-
den werde, und ist sehr wohl gethan, daß Ihr
Ehr-

Ehrwürden haben de Origine Typographiae so gelehrt ex propriis collectis et proprio Marte differiret.

Des Herrn Johann Christoph Beern Leben ist gut beschrieben, und ist dabey nichts zu anthen, ohne daß pag. 85. steht lin. 10. uacauit, so vielleicht uacavit wird heißen müssen, und lin. 12. wird gelesen Annorum 24, so vielleicht 74 solle heißen. Indessen bedanke mich vor die gehabte Mühe.

Bey des Casparis Bruschii vita habe ich etliche irrige Gedanken und auch Druck-Fehler gefunden, welche aber zum theil anjeto bey Gelegenheit des Umdrucks bey dem Bogen F. können emendiret, zum theil aber in dem End bey denen erratis erinnert werden. Nemlich ist pag. 94. lin. 14. et 15. zu corrigiren das Wort simulueris. Ferners in dem Bogen G. pag. 99. et 100. stehen diese Wort: De Episcopatibus et Archi-Episcop. Germaniae, quod tamen opus imperfectum, quippe cujus Tomus non nisi primus excusus est. Basil. it. Norib. fol. 1649. et Solisbaci 1682. 8. De Monasteriis omnibus Germaniae illustribus, opus nimis concise et breuiter exaratum etc. extat fol. Basil. 1553 ap. Oporinum. Continuandum hunc laborem sibi sumserat Nesselius, sed, quod ego quidem scio, progressus fecit exiguos. Weiln aber diese Wort die editiones confuse den sensum machen und dergleichen bezeichnete editiones nicht vorhan-

handen oder bey denen Biographis nicht zu finden, als belieben Ihr Ehrwürden nicht ungütig zu nehmen, wann ich hiermit meine Gedanken eröffne und eine eigentlichere Nachricht aus denen libris selbstem gebe, welches in dessen Gefallen gestellet wird, ein solches zu ändern. Was nun

1.) das Buch de Episcopatibus anbelangt, ist solches in 8uo a. 1549. Noribergae ap. Io. Montan. et Vlricum Neuberum gedruckt mit diesem Titel: Magni Operis de omnibus Germaniae Episcopatibus epitomes Tomus primus. Continens annales Archiepiscopatus Moguntini ac duodecim aliorum Episcopatum, qui Moguntino suffraganeatus titulo subsunt: Item Babenbergensis Episcopatus, ab omni iugo Archiepiscopali exempti, auctore Gasparo Bruschio, Poeta Laureato 1549. Von einer edition aber Basileae item Norib. fol. 1649. et Solisbaci 1682. in 8uo ist mir nichts bekandt, ohne daß nur der Scheurer willens seye gewesen, das Buch de episcop. auch drucken zu lassen, wie er in der praefation vermeldet bey der von ihm verlegten Chronologia Monasteriorum. Es ist dieser Bruschius de Episcopatibus sonst von Johann Herolden in das Teutsche gebracht worden, und zu Frankfurth am Mayn bey Cyriaco Jacobi zum Both a. 1551. in Folio gedruckt.

2.) Anlangend aber den Tractat de omnibus Monasteriis, so finde ich auch nicht, daß er

er zu Basel apud Oporinum an. 1553. in fol. gedruckt seye, wird auch davon in des Engelberti Abbatis Admontensis libro de Ortu et fine Romani Imperii von Io. Oporino zu Basel an. 1553. gedruckt nichts gedacht, zu welchem Buch jedoch unser Bruschius eine praefation gemacht, und am End des Buchs einen Catalogum seiner Lucubrationum angefüget. Es ist aber dieser tractat de monasteriis zum erstenmahl an. 1551 in fol. zu Ingolstadt gedruckt worden mit diesem Titel: Monasteriorum Germaniae praecipuorum ac maxime illustrium Centuria prima, in qua Origines, annales ac celebriora cuiusque Monumenta, bona fide recensentur. Authore Gasparo Bruschio, Egrano, poeta laureato ac Comite Palatino. Ingolstadii apud Alexandrum et Samuelem VVeyssenhornios. 1551. Fischbeck in seiner Commentatione de praecipuis doctoribus Scholae Arnstadiensis pag. 29. gedencet von diesem Tractat de Monasteriis neben der Ingolstädtschen auch einer Nürnbergischen edition, wann er setzet: deinde Norimbergae, tandem Sulzbacian. 1682. per Georg. Scheurerum. Von welcher Nürnbergischen a parte edition mir ebenfalls nichts bewust. Der Titel war ist in der an. 1682. in 4to herausgekommenen edition in etwas geändert, und lautet also: Chronologia Monasteriorum Germaniae praecipuorum ac maxime illustrium, in qua Origines, Annales ac celebriora cuiusque Monumenta bona fide recensentur, authore Gasparo

Commerc, Epist. P.II. E sparo

pare Bruschio , Egrano , poeta laureato ac Comite Palatino , denuo edita ; Adiecto gemino Indice , quorum unus locorum , alter rerum potissimarum inibi contentarum , opera et studio M. Simonis Bornmeisteri , Poet. Laureat. Caes. Rector. ad Sp. S. Sulzbaci , sumtribus Georgi Scheureri Norimb. Typis Abrahami Lichtenthaleri An. 1682. Daß aber Nesselius eine Continuation von denen Clöstern auszu- arbeiten habe vorgenommen , das ist nichts anders , dann das zu Wien an. 1692. in 4to gedruckte Supplementum Bruschianum , aus des Bruschi MSto autographo , wie aus diesem weitläufftigen Titul genugsam zu ersehen : Supplementum Bruschianum siue Gasparis Bruschi , Egrani , Poetae Laureati , ac Comitum Palatini , Monasteriorum et Episcopatum Germaniae praecipuorum ac maxime illustrium Chronicon , siue Centuria secunda , hactenus nunquam edita , praelo tamen dignissima , quam ex Authoris Autographo Manuscripto in Augustissima Bibliotheca Caesarea Vindobonensi asseruato , et in Peregrinatione eiusdem Pannonica an. 1551 et 1552 collecto , nec non aliis antiquissimis documentis fideliter excerptis , descripsit et ad instantiam multorum Illustrium Virorum , Reuerendissimorumque Abbatum ac Praelatorum ad illustrandam Historiam Ecclesiasticam Germanicam , praecipue autem Austriacam et Bauaricam publica luce primus donauit Daniel de Nessel , I. C. Sac. Caes. Mai. Consiliarius et Bibliothecarius Aulicus. Vin-

dobonae. Typis Ioannis Iacobi Mann. Anno Christi 1692. Sonsten kan dasjenige, was Ihro Ehrwürden von dem Bruschio erzehlet, mit Recht ein Supplementum uitae Bruschianae genennet werden: dann dasjenige, was sie von seiner Correctur von Basel melden, finde ich nirgends nicht, ungehindert M. Christian Michael Fischbeck, Scholae Salz. Rector, in seiner breui Commentatione de praecipuis doctoribus Scholae Arnstadiensis von dem Caspare Bruschio, allwo, da er nicht Rector, jedoch ein Collega gewesen, sehr viele particularia aus seinen Scriptis, Epistolis MStis und und Carminibus mit einem sonderbaren Fleisse hervorgebracht, zugleich auch seine Scripta edita und poemata nach denen Jahren, Zeiten und Orten, wo er gewesen, erzehlet. Diese Specification seiner Scriptorum könnte wohl mit dem Catalogo Lucubratiuncularum Bruschii, welcher dem Libro de ortu et fine Romani Imperii Engelberti Abbatis Admotensis pag. 153. angehänget seyn, conferiret werden, und mögte fast dahin stehen, ob nicht einer oder ander noch ein mehrers Scriptum von ihm erzehlte, so in einem oder dem andern nicht stünde, derwegen beede Bücher ad perlustrandum auf Dero Verlangen von mir könnten communiciret werden. Bruschii Bildnus hat Johann Gottfried Zeldler in Compendio Theatri eruditorum pag. 14. selbst in Holz nach einem andern Holzschnitt nachgemacht, wie er es in der praefation vermeldet. Den Herrn

Bruder Doctorem bitte dienstlich zu grüssen, und zu vermelden, daß ich auf sein Schreiben, so bald ich mit einer andern Correspondenz, so genealogica betrifft, und eine ziemliche Zeit wegnimmt, fertig bin, antworten werde, in dessen lasse ich mich bedanken für die übersandte Scripta Schuuarziana. Es belieben auch Ihro Ehrwürden mir zu berichten, ob man das alphabeth von denen dispp. orat. et programmatibus in Altdorff pro 10. oder 12. fr. haben könne, und so es deme also wäre, so bitte ohnbeschwehrt des Becken differt. von dem Wechslen zweymal und des Herrn Bruders Doctoris vitam Mauritii Hellingii einmahl zu senden. Von Frankfurth sind schon sehr schöne Bücher ankommen, und hat der Rüdiger die Patres in Paris gedruckt, fast alle mitgebracht. Ueber die Tab. Chronolog. Schraderi ist von dem Artopoeo ein herrlicher Commentarius biß auf 1700. herausgekommen, so ein sehr nützlich Werk ist, weils es auch die Authores mit anzeigt, wer von ein und anderer Materie geschrieben, und davon kan nachgelesen werden. Iam sit satis. Er lebe wohl und bleibe versichert, daß ich seye

Ihro Ehrwürden

Nürnberg den 18 Maii

A. S. 1715.

diensibessener

C. J. Imhof.

XLI.

XLI.

SIG. IAC. APINUS

I. C. Zeltnero

Wann meine jederzeit gegen Dieselbe getragene Hochachtung in bloßem Zuschreiben bestünde, so würde ich wohl einigen Verdacht auf mich laden, weil ich bißhero noch nicht an Sie geschrieben. Allein da ich bißhero wegen vieler Drücklichkeiten nicht dazu kommen können, werden Sie mir nach Dero befohlen Gültigkeit mein Stillschweigen vor kein Verbrechen auslegen. Was meine jetzige Lebens-Art belanget, so muß ich zwar bekennen, daß kein Mangel an guten Collegiis; allein ich treffe vor Altdorff nichts besonders an, und sehe viel mehr, daß die præjudicia auctoritatis grausam in Jena regieren. Herr Dr. Buddeus hat immerzu 400 auditores, die alle Wortlein quasi ex tripode nachschreiben. Ich meines Orts prüffe alles, das Gute behalte ich. Sufficit mihi vidisse hunc virum celeberrimum, approbare omnia non possum. Ich höre bey ihm in Polemicum und Morale, bey Herr P. Ruffen aber ein Grammaticale und Harmonicum in IV Evangelistas. Mehr Collegia nehm ich nicht an, wann diese vorbey, will ich eine Reise vornehmen, und in Gottes Nahmen mich wieder nach Altdorf begeben, und mich der treuen information meiner alten Herren Præceptorum bedienen. Dann in Jena ist es sehr theuer so

E 3

wohl

